BM has 1st part only same date. under its own title

ANALECTA MEDICA

EX

LIBRIS MSS.

PRIMUM EDIDIT

FRIDERICUS REINHOLDUS DIETZ

MED. ET CHIR. DOCTOR, MEDICINAE PRACTICAE IN ACADEMIA PRUSSORUM ALBERTINA PROFESSOR EXTRAORDINARIUS, NOSOCOMII, QUOD IBI EST, CLINICES MEDICAE MEDICUS DEUTERURGUS, PAUPERUM PARTIS REGIMONTII PALAEOPOLITANAE EJUSQUE SUBURBIORUM ARCHIATER.

Fasciculus Primus,

in quo insunt:

1. Elenchus materiae medicae Ibn Beitharis Malacensis secundum codices Mss. Arabicos Escorialenses, Matritenses, Parisiensem, Hamburgensem. Pars prima.
2. Catalogus codicum Mss. de re medica Sanscritorum Londinensium.

LIPSIAE.

SUMPTIBUS CAROLI CNOBLOCHII.

MDCCCXXXIII.

AD

HENR. FRID. LINKIUM.

LINKI, perenni nomine nobilis,
Quem Chloris olim sacricolam suum
Dulcis vocavit, nunc Eois
Cingeris ex foliis corona.

Beitharis ingens suspicit heu! labor
Clarum patronum. Sume lubenter,
Quae fert Arabs, quae dona Ganges!
Tempora sacra TIBI vetusta.

Jam nos reliquit morte Rudolphius
Ereptus eheu! Plangit Halensium
Sprengelii Manes juventus!
Gloria sola TUA est superstes!

Elenchus materiae medicae
Ibn Beitharis Malacensis.
Pars prima.

Ex quo ars medicina est inventa, majora in dies cepit incrementa remediorum undique coacervata conflataque farrago tantaque medicamentorum, quem vocant, adparatum nova quotidie locupletavit copia, moles tam indigesta – proh dii immortales! — struesque tam rudis, tam informis rerum salutarium perpetuo oppressit ac plane obruit thesaurum, ut ex tanta rerum inutilium utilissimis intermixtarum colluvie, quae medicorum scribendi oestro tactorum praestigiis et vano gloriae aut novandi studio anilique jactationi et vaniloquentiae valde velificatur, neque emergere neque emersi portumque circumspectantes securum possimus enatare. Quae simplex adhuc Hippocratis temporibus vocari poterat materia medica, floribus, herbis, radicibus, succis, oleis, resinis iisque non ita multis, paucis lapidibus ac metallis, paucioribus ex animalibus petitis copiis condita constructaque, [1]) Pamphili et Xenocratis Aphrodisiensis superstitiosis de periaptorum et veneficiorum virtute narratiunculis ceterisque Aegyptiis id genus deliramentis in tantam tamque nauseosam excurrit excrevitque medicam culinam penum-

1) Gal. de simpl. med. facult. VI init.

que, ut Dioscorides Anazarbaeus, qui omnem hanc materiam quinque libris est complexus, nugas istas ineptiasque sane quidem circumcideret, tamen iis usu quotidiano tritis vulgique credulitate sancitis omnino supersedere nequiret. Periaptorum enim passim injicere mentionem (v. c. IV. 75. 76.) erat coactus aeque ac philtrorum, et quae ipse repudiaverat Aegyptiaca et Babylonia, symbolica mysticaque herbarum nomina, sequiores ipsius operum *διασκευασταὶ* scribaeque non solum obtruderunt, verum etiam Tusca, Illyrica, Gallica, Daca adsperserunt. Itaque lites illae inter viros criticos sunt coortae, genuinane sint barbara ista apud Dioscoridem synonyma vocabula, an ab ejus textu aliena a scribis justo officiosioribus nimiaque eorum in transscribendo sedulitate proficiscantur, nullo alio modo componendae nisi ope graeci codicis Alexandrini (Cod. Paris. 2179. Membranaceus, literis majusculis, uncialibus seculo IX exaratus.) omnium antiquissimi versionumque Arabicarum; a quibus quum absint, insuper miserrime corrupta et mutilata, pro subditiciis habita atque in imas ablegata paginas erunt e textus tenore exterminanda. Ne vero nimis vetustissimo illi Alexandrino codici videar confidere atque immerito recentissimo Dioscoridis editori, beato Sprengelio, vertere vituperationi, non ita quod lectionibus inde delibatis caruerit, quam quod codicem, quo Salmasius *ὁ πάνυ* et Goupylus summo cum fructu erant usi, adunco suspenderit naso paucasque lectiones et non magni pendendas ex eo secum communicatas (Diosc. ed. Spreng. praef. p. XX.), id quod Parisiis sciscitanti mihi factum esse negaverunt, fastidiose despexerit, obiter inpraesentiarum tantum moneam, non solum locis innumerabilibus vitiatis et subaeratis Alexandrinum mederi codicem, sed etiam mirum in modum in

omnibus fere lectionibus cum metaphrasi congruere Arabum, plerisque graecis codicibus antiquiore. Unde ad tempus bonis Dioscorideis indicibus (Index locupletissimus, manuscriptus, a Paulo Renealmio confectus duobus spissis voluminibus extat in bibliotheca Parisiensi. Cod. 3. Supplement. Hasii ad Codd. Graec.) destitutus vel duo nova Dioscoridi hoc codice restitui capita existimavi.

Namque inter tripolium et adiantum, quas libri quarti capite CXXXIII et CXXXIV persequitur plantas, insertum legitur *Κῆμος διδάκτυλον. Ἔστι βοτάνιον ἔχον φυλλάρια στενὰ, ἰσχυρὰ, ὡς τεττάρων δακτύλων καὶ τριῶν τὸ μῆκος, δασέα, εὐωδέστερα τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ καὶ ὑπόλευκα· ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλίων κεφάλια ὡς τετρημένα, ἐν οἷς ὁ καρπὸς δυσθεώρητος διὰ τὸν περικεχυμένον χνοῦν· ῥίζα μικρά· φασὶ δ' αὐτὴν εὔχρηστεῖν εἰς φίλτρα.* Plane eadem habet Stephanus Syrus (Estéfan. Abdallat. de Sacy p. 495 et sqq.), qui Dioscoridem in Arabicum transtulit sermonem, eodem loco et Ibn Beithar; qui quum et ipsi plantam non habeant agnitam, nihil nisi Dioscoridis verba vertunt, servato ipso Graecorum nomine قيمص. Ibn Beithar Dioscoridis librum quartum ubi laudavit (in litera ق № 141.), porro pergit هى عشبة est herba etc. Graecumque scriptorem ad verbum reddit. Codex Alexandrinus Graecus, quem Arabs eruditus manibus trivit et vernaculae synonymis instruxit, margini adpictum habet قيمص رومى Kimos Rumi i. e. *κῆμος* Graece. Ex quo iterum claret, Arabicum hujus plantae non extare nomen. Et apud sequiores scriptores Graecos hanc herbulam nunquam scito hoc nomine commemorari. Est autem cemos loco leontopodii apud Plinium XXVII. 8. „eadem ex causa (i. e. quum sit usus ejus ad ama-

toria tantum) et *cemos* silebitur a nobis." Atque ipse quidem Marcellus in optimis graecis codicibus, quos in potestate habuit, et in latino exarato literis Longobardis (quod exemplar nunc in regia bibliotheca Monacensi adservatur) capiti de leontopodio praefixum titulum fuisse de cemo asserit. Cemos igitur Gnaphalii arenarii antiquius genuinumque fuisse nomen Dioscorideum auctoritate fretus codicum graecorum optimorum, antiquissimae latinae versionis, Stephani arabicae metaphraseos, Ibn Beitharis ipsiusque Plinii conjecerim illique nomini postea demum leontopodium esse subditum, quod ab allegatis codicibus, versionibus ac scriptoribus omittitur.

Altera est, quae Dioscoridis textu intercidisse videri possit, planta inter Osyrin Smilacemque asperam (IV. 141. 142.) in codice Alexandrino posita, *ἐχῖνος*, a Stephano Syro eodem loco descripta nomine أخبنص. Ibn Beithar eandem plantam أخيون أو أخنوس, echium sive echinum, adpellat, quo nomine apud Galenum de simpl. medic. fac. VI. 5. 26. Oribasiumque Synagog. XV. insignitur. Oribasius vero ejusdem operis libro XI, quem ex Dioscoride delibavit, echinum adpellat erinum, mirifica hercle sane in eodem opere inconstantia, ut Sardianum Juliani imperatoris archiatrum parum curae in plantarum nominibus distinguendis ipsisque plantis accuratius definiendis posuisse jure nostro incusemus. Namque eandem plantam duobus locis vituperabili discrepantia modo echinum secundum Galenum, modo erinum secundum vulgatos Dioscoridis codices nominat. Pro erino etiam pugnat Plinius XXIII. 7. qui, postquam de caprifico (*ἐρινεός*) exposuit, propter nominis gentilitatem herbam nostram erineon nuncupatam addit easdemque ei vires medicas

in oculorum epiphoris auriumque doloribus sanandis impertit, quas Dioscoridis communes codices atque omnes editiones erino (IV. 29.) tribuunt.

Quae quamvis Alexandrini codicis differentiam a reliquis publicatis libris manuscriptis haud ita in Dioscoridis textu constituendo atque elimando repudiandam affatim ostendant, nihilo tamen secius lectiones aliquot ejusdem codicis aliunde nondum in lucem protractas, ut ei auctoritas injusto derogata denuo concilietur, bonae malaeve harum lectionum notae pro tempore incuriosus apponam. Diosc. III. 24. Absinthium marinum ἐν τῷ κατὰ (Cod. A.) Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται καὶ ἐν Ταφοσίρει τῆς Αἰγύπτου, ᾧ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται] ἐν τῷ (!) Βουσίρει τ. Αἰγ. (بوصيبرن بلاد مصر Steph. Syr.), ᾧ οἱ οἰκειακοὶ (اهل ملك Steph.) ἀ. θ. χρ. — Plin. XXVII. 7. tuetur vulgatam lectionem.

III. 35. βρωμώδη] ἔμβρομα A.

III. 48. ἐν Κυρήνῃ] Μύκῃ A. Vulgatam habet Oribasius.

III. 52. ἐν μέσῳ δὲ μικρόν τι (male om. Sprengel.) πορφυροειδὲς (μύκητι ἐοικὸς om. A. Orib.) καὶ οἱονεὶ κροκίζον] πορφ. οἱονεὶ κροκύδιον. A. Orib. Optime. Cod. 2226. Paris. πορφ. καὶ οἷον ἐγκροκίζον. Serap. de simpl. c. 265. Daucus habet capitella similia capitellis coriandri; habet florem album et ibi semen asperum quasi pilosum minutum.

III. 74. ἵνα — ἀφιδρώσαν ἐκβάλῃ] ἔξιπώσῃ τὸ κόμι.

III. 82. πρὸς ὀδονταλγίαν] μυαλγίας Constantinop. μυλαλγίας A. Optime.

III. 84. *βρώματα*] *βάμματα.* gara sive muriae.

III. 86. *κατὰ Μαυρουσιάδα Ἄτλαντι*] *Αὐτομολίᾳ* A. فى البلاد موروشيا فى الموضع (اوطومولبياس Steph.

III. 94. *ὀμφαλόκαρπον*] *ὀμφακόκαρπον* A.

III. 95. *ὀσφρανθὲν*] *ὀφθὲν* A. Salmasius, qui bonas lectiones Dioscorideas ex hoc codice deprompsit.

III. 144. *χρυσίζοντα ἄνθη*] *λευκὸν καὶ χρυσίζον ἀνθύλλιον* (*ἀνθήλιον* Const.) *ἔχοντα.* A.

III. 146. *ἐξελθεῖν τῆς μάκρας πινόμενον* add. A.

III. 149. *ἰσχνότερα μέντοι καὶ γλυκέα τῇ γεύσει· καὶ τὰ φύλλα δὲ ὅμοια τοῖς τῆς ζέας* add. A. et Oribas. et Stephan Syr.

IV. 6. *ἀπὸ τῆς ῥίζης γινομένου*] *ἡνωμένα* A.

IV. 22. *θυλακίοις, κυάμοις ὅμοιος, στρογγ. ἐρυθρὸς*] *θυλ. σικύοις ὁμοίοις, στρ. μέλας.* A.

IV. 22. *μετὰ γλυκέος τεθλασμένη*] *τεθαλασσωμένου.* A.

IV. 41. *ἀργεμώνην*] Spreng. conj. *ἀρτεμισίαν* Codd. vulg. *ἀργεμώνιον* A. ارغامونيون Stephan.

IV. 42. *ἁγνείας καὶ αἱμοῤῥαγίας*] *ἱερουργίας* A.

IV. 43. *ἀγχύνωπα* A. Salmas. Orib.

IV. 52. *εὐριπικὴ*] *τρίτη* A.

IV. 60. *μονόκλωνος*] *μονόκλαδος* A.

IV. 64. *ἀπόζεμα δ' αὐτῶν προσαντληθέν* A.

IV. 65. *ἐν τῷ διηθεῖσθαι*] *διϊέσθαι* A. Salmasius ad oram codicis notavit, ita sibi videri legisse Plinium, XX. 18.

ibid. *πρεστῆρος*) *πιεστῆρος* A. Optime.

IV. 69. ὄρχεις πεφυσσωμένους] πεφυσημένους A.
ibid. μαστοὺς ἐν τοκετῷ] πυρετῷ A.

IV. 76. νώριον] μώριον A. موريون Steph.

IV. 98. λευκὸν] οὖλον A. Andr. Lacunae Cod.

IV. 108. τιλθείσας] ἑλκυσθείσας A. Andr. Lac.

IV. 112. βάλλουσιν εἰς ἀρτοποεῖαν] ἀλοῦσιν εἰς ἀρ. A. Optime.

IV. 113. διάπυκνος] διαποίκιλος A.
ibid. διεῤῥηγμένος] διαρερινημένος A.

IV. 152. λιγυστικοῦ] αἰγυπτίου A. Lac. Steph.

IV. 168. θολοειδῶς τεμνομένης] ἐκρομβιζομένης A.

IV. 185. ἐν ἀρχαίοις πρέμνοις, μάλιστα δρυῶν] ἐν τοῖς γερανδρύοις πρέμνοις ἐπὶ τῶν βρύων A. Optime.

V. 10. πραιτουτιανὸς] πρεπυτιανὸς A. بريبوطيانوس Steph.

V. 84. ἐμπήγνυσθαι] ἐκπιέζειν Vulg. ἐπιΐζειν A.

V. 87. ἐκ τῶν ναυλύτων ἥλων συντιθ A.

Mirum ni paucis his lectionibus ex accuratissima mea codicis Alexandrini collatione forte coagmentatis in usum praesentem ejus discrepantia probetur saepius haud spernenda. Totam variarum lectionum hujus codicis messem Oribasii Synagogis propediem superaddam.

Plinius, Galenus, Oribasius, Paulus Aegineta, Aetius materiam medicam a Dioscoride acceptam servarunt eaque contenti nova medicamenta in libros suos retulerunt paucissima vel propter oscitantiam epitomatoribus propriam vel propter veram ignorantiam scriptorumque veterum summam unicamque auctoritatem, donec Arabum imperium, continuis victoriis ortum, auc-

tumque et firmatum cum graeca cultura commercium in Syria iniret. Ita Graecorum scientiis Arabicis faces sunt accensae et, si cui alii Graecarum doctrinarum, potissimum medicamentorum cognitioni lucem fenerati sunt Arabes, Asiae Africaeque partes Graecis inaccessas pervagati artiumque et literarum amore pariter aestuantes. Arabum medicinae a sequioribus saeculis modo laudibus nimiis elatae, modo immerito neglectae spretaeque tantus semper habitus est honos, ut, nullam medicam disciplinam ultra Graecorum medicorum limites terminosque protulisse quamvis in universum crederetur, tamen materiam medicam innumerabilibus novis medicamentis ditasse omnium consensu diceretur. Jam inde ab decimo aerae nostrae saeculo in Geoponicis et Hippiatricis, Symeonis Sethi de alimentorum facultatibus libello, Actuario et Nicolao Myrepsico non solum nomina remediorum graecobarbara legimus, quae graeci sermonis puritatem sensim et annorum lapsu et novis Graecorum cum exteris gentibus negotiis pessumdatam esse luculenter affirmant, sed etiam aperta deprehendimus vestigia atque indicia clarissima, Persarum, Agarenorum et Indorum (Sym. Seth. in praefat.) libros de medicamentis illo jam tempore a Graecis scriptoribus fuisse adhibitos novaque medicamenta v. c. caryophyllos, nucem moschatam, camphoram etc. in Graeciam esse invecta. Quid quod in Actuarii methodo therapeutica Arabum medicorum formulas haud raro medicamentorum compositionibus antiquis Graecis reperimus adnexas, in quibus Arabica vocabula ne translata quidem, sed graecis tantum literis exarata aut Graeco ore corrupta ideoque vitiose calamo excepta sunt v. c. *ζιγγίβερ*, *ζαδούαρ*, *κουμπέπερ* (sive *κουβέβι*), *μάκερ*, *ἄμπαρ*, *ζαρναβᾶ*, *μπελίλιζ*, *ἔμπλιτζι*, *νούφαρα* etc.

Casus tulit, ut in schedis meis Oxoniensibus elenchum eorum medicamentorum ab [1]) Ibn Cholchole compositum reperirem, haec quum scriberem, quae a Dioscoride quidem omissa, Arabicis vero tunc temporis medicis cognita erant. Codex enim Bodleyanus DLXXIII. Catal. Uri. bombycinus, sat bonae notae, (Hydeanus XXXIV) Dioscoridis septem librorum versionem continet Arabicam a Stephano elaboratam et ab Honeino, Isaaci filio, Bagdadensi, emendatam (كتاب ديوسكوريدس ترجمه اصطفن واصلاح حنين بن اسحق البغدادى).

Cui versioni liber octavus additus est de medicamentis, quorum nullam fecit mentionem Dioscorides quorumque usus est in medicina et utilitas. [مقالة ثامنة مذكر فيها ما قصر عن ذكرة فى كتابه فما يستعمل فى صناعة الطب وتنفع به] Hujus igitur libri, cujus fini Ibn Cholcholis auctoris nomen est subscriptum, elenchum hic adponam, ut quae Arabes Hispani decimo seculo, quo Ibn Cholchol vivebat, Dioscoridi adjecerint quibusque remediis medicamentorum struem adauxerint, hoc exemplo perspiciatur.

Elenchus medicamentorum
secundum Ibn Cholchol, quae omisit Dioscorides.

1) الاهليلج الاصفر Myrobalanus citrina. Medicamentum indicum.

1) Vitam Ibn Djoldjolis ex Ibn Osaibia vertit de Sacy Abdallat. p. 495. et sqq.

2) الاهليلج الكابلى Myrobalanus Cabulica. Medicamentum, quod advehitur ex terra كابل et India.

3) الاهليلج الاسود Myrobalanus nigra.

4) لب الخيار شنبر Pulpa Cassiae Fistulae. Species sunt Aegyptiaca et Indica.

5) التمر الهندى. Tamarindi.

6) البليلج Myrobalana Bellerica. Bellirici. Medicamentum Indicum.

7) الاملج. Myrobalani. Emblicae. Med. Ind.

8) الخولنجان. Galanga. Idem quod Casarudar. Aromatis genus. Med. Ind.

9) القاقلة الكبير. Cardamomum majus. Med. Ind.

10) الجوز بوا. Nux muscata, myristica. Med. Ind.

11) الكبابة. Cubebae.

12) القرنفل. Caryophylli.

13) الزرنباد. Zerumbad. Zedoaria. Med. Ind.

14) الدرونج. Doronicum. Med Ind.

15) البهمن الابيض. Radix Behen alba (similis raphano.)

16) البهمن الاحمر. Radix Behen rubra.

17) البوزيدان. Buzeidân. Radix alba, dura, similis behen albo. Med. Ind.

18) الطباشير. Materia alba, pulverulenta; est medicamentum Indicum, de cujus natura discrepant. Sunt, qui dicant esse farinam ossium

elephantis; et sunt, qui dicant esse radicem cannae (قنى), quae est arundo Indica (القصبا الهندى). — Cf. Channing ad Rhazis librum de variolis p. 62. Apud Graecos sequiores σπόδιον vocatur. — Saccharum Bambu.

19) الفوفل. Faufel. Avellana Indica. Med. Ind.

20) التنبول. Tembul. Betel. Folia arboris Indicae, quae Indi semper masticant.

21) الامبر باريس. Amirberis. Berberis.

22) الهرنوة. Hernue (apud Avic.) Semen ex terra Slavorum (صقالبة) advectum, piperi simile.

23) الفليفلة. Semina piperis speciei, diverso a pipere colore.

24) المحلب. Mahaleb. Semina pericarpio rubro nigrove obtecta, nucleo esculento albo interno.

25) جوز الهندى. Nux Indica, Coccus, quae etiam النارجيل, Nârchil, vocatur et رانج, Rânech.

26) النارنج والليمون. Pomum Aurantium et medicum (Limonium), duae species Indicae citri (الاترج).

27) بستان ابروز. Pers. Horti decus. Amaranthus. Leucoium purpureum. — Herba foliis cucumeris quoad longitudinem.

29) البلاذر. Balâdor. ap. Serap. Anacardi. Nascitur in India aliisque regionibus et est castanea

(فسطل) nigro colore, cordis referens figuram atque in interna ejus parte res edulis inest velut amygdala. Graece hic fructus Anacardia vocatur.

29) الزرنب. Zarnab. Crescit in India aliisque terris et est lignum colore croceo (curcumae), fragrantissimum, quod cor et stomachum roborat.

30) الياسمين. Jasminum.

31) الخيزران. Chizrân. Arundo farta, flexilis. Species sunt Indica et Andalusia, foliis myrtuosis, arundinaceis. Indica quidem est ligno albido, flaventi; Andalusia vero viridiori. Interius lignum si ab imo ad summum discinditur, aqua in eo reperitur collecta etc.

32) الكافور. Camphora Indica. Succus arboris Indicae, quae pini est altitudine, in qua camphora invenitur.

33) المسك. Moschus sive Muscus. Med. Ind.

34) العنبر. Ambarum. Ambra.

35) دهن الترنج. Oleum Citri.

36) دهن الكاذى. Oleum Kâdsi arboris, quod ex palmae floribus destillat.

37) الشيبان (Conjicio الشيان.) Sanguis draconis, (ايدع). Est Gummi arboris Indicae.

38) الصندل. Lignum Sandalum. Tres hujus ligni Indici sunt species, rubra, lutea, alba.

39) البقم. Lignum Baccam. Arbor Indica, radice ramisque rubicundis, foliis amygdalinis, laete virentibus.

40) السدج. Malabathrum. Lignum Indicae arboris, foliis magnis, longis.

41) الموش الد اربندى. Mush Eldârbendi. Similis Myrobalano Kabulicae. (Unguentum ophthalmicum.)

42) الموز. Mauz. Arbor.

43) الخيار. Cucumeris species.

44) قرن الحتو. (?) Cornu viperae (قرن افعى) Infertur a Constantinopoli in Aegyptum.

ذكر احجار لم يذكرها د س

Elenchus minerarum,

quas omisit Dioscorides.

---

1) الياقوت. Hyacinthus. Quatuor numerantur hujus gemmae species secundum colorem, alba, rubra, flava sive citrina, sapphirina sive caerulea. Invenitur in insula Taprobane (سرنديب). Optima est rubra (rubinus).

2) حجر الماس. Adamas. Lapis Indicus. Duae ejus sunt species, alba et citrina.

3) حجر باذهر. Pers. Lapis Bâzoar, qui inter omnes gemmas venenis omnibus est contrarius et confert venenis calidis et siccis, coloris cro-

cei. Dicit Abu Abdallah Elsacli, (الصقلى) se hunc lapidem vidisse in monte Cordubensi Natharet (ناظرة).

4) حجر البهت. Lapis Buht. Colore est rubro. (Lapis aquilae Ibn. Beith.)

5) حجر الخل. Lapis aceti. Qui si aceto injicitur, celeriter exsilit. Invenitur apud nos in Andalusia atque est apud Ibn Haithem (هيثم)

Corollarium.

1) القنبيل. ? Conjicio القنبيل. Semen quoddam arenosae regionis rubedine coopertum. Gigg. Vid. Avic.

2) الجوز حندم. Nux Hendem. Apud nos vocatur التربة (i. e. in Andalusia) et est condimentum mellis.

3) شجرة الكف. Arbor, quam Stephanns in versione sua apud Dioscoridem in libro quarto descriptam praetervidit.

4) الريباس. Roob Ribâs. Hunc Syrupum memorant Razes ceterique medici Bagdadenses.

5) الجلبان. Pisa. Cicerculae.

6) الباذنجان. Melongena.

7) الماش. Phaseolus.

8) الاسفاناخ. Spinachia.

9) الطرخون. Dracunculus hortensis. (Estragon.)

10) حب الزلم. Grana Zelem. Indice حنجرة. Vocatur etiam piper Aethiopum, frequentissimum in Aegypto ibique editur.

11) الورس. Elvars. Planta Arabiae felicis, tinctoria.

12) الكركم. Curcuma. Est aromatica radix Indica, quam Iracenses Curcumam et Syri Hord (هرد) appellant.

Septem pagellis totum hoc Ibn Cholcholis opusculum continetur, quod alterum excipit ejusdem auctoris, aliunde nondum notum et in Oxoniensi catalogo, nisi fallor, silentio praetermissum, de theriaca (ترياق).

Haec, ab argumento nostro haud aliena, Ibn Beitharis, medici Malacensis, operis celeberrimi (كتاب الجامع الكبير فى الادوية المفردة Collectio magna de simplicibus medicamentis) elencho praefigere e re esse judicavi.

Ibn Beitharis duplex vita extat apud Casirium (I. p. 276. et sqq.), ex Abulfedae Historia altera exscripta, primum ibi nobiscum communicata, altera e Leonis Africani de viris illustribus libello desumta, quae a veritate saepius recedit. Equidem ab aequali Beithari viro conscriptam vitam, Ibn Osaibia, tertiam primus literis hoc loco mandabo, ut novo hoc argumento Leonis errores confutentur. Codex Osaibiae, olim Richianus Bagdadensis, nunc est Musei Britannici № 7340. de vitis et scriptis medicorum, ex quo hanc Beitharis vitam, Capitis decimi quarti de classibus medicorum clarorum Aegyptiorum ultimam i. e. quinquagesimam octavam.

Vita Beitharis
ex Osaibia edita et translata.

ضياء الدين بن البيطار هو الحكيم الاجل
العالم ابو محمد عبد الله بن احمد لمالقى
ويعرف بابن البيطار اوحد زمانه وعلامة وقته
فى معرفة النبات وتحقيقه واختياره ومواضع
نباتة ونعت اسمايه على اختلافها وتنوعها سافر
الى بلاد الاغارقة واقصى بلاد الروم ولقى جماعة
ممن يعانون هذا الفن واخذ عنهم معرفة نبات
كثير وعاينة فى مواضعه واجتمع ايضا فى
المغرب وغيره بكثير من الفضلا فى علم النبات
وعاين منابتة وتحقق ماهيتة واتقن دراية كتاب
ديسقوريدس اتقانا يبلغ به الى ان لا يكاد
يوجد من يجاريه فيما هو فيه وذلك اننى
وجدت عنده من الذكا والفطنة والدراية فى
النبات وفى نقل ما ذكره ديسقوريدس وجالينوس
فيه ما يتعجب منه واول اجتماعى به كان
بدمشق فى سنة ثلاث وثلاثين وستمايه ورايت
ايضا من حسن عشرته وكمال مروته وطيب
اعراقه وجودة اخلاقه وكرم نفسه ما يفوق
الوصف ويتعجب منه ولقد شاهدت معه فى
ظاهر دمشق كثيرا من النبات فى مواضعه وقرات

عليه ايضا تفسيره لاسما ادوية كتاب ديسقوريدس
فكنت اجد من غزارة علمه ودرايته وفهمه
شيا كثيرا جدا وكنت احضر لدينا عدة من
الكتب المولفة فى الادوية المفردة مثل كتاب
ديسقوريدس وجالينوس والغافقى وامثالها من
الكتب الجليلة فى هذا الفن فكان يذكر
اولا ما قاله ديسقوريدس فى كتابه باللفظ اليونانى
على ما قد صححه فى بلاد الروم ثم يذكر
جمل ما قاله ديسقوريدس من نفسه وصفته
وافعاله ويذكر ايضا ما قاله جالينوس فيه من
نعته ومزاجه وافعاله وما يتعلق بذلك ويذكر ايضا
جملا من اقوال المتاخرين وما اختلفوا فيه ومواضع
الغلط والاشتباه الذى وقع لبعضهم فى نعته
فكنت اراجع تلك الكتب معه ولا اجده
لغادر شيا مما فيها واعجب من ذلك ايضا انه
كان ما يذكر دوا الا ويعين فى اى مقالة هو
من كتاب ديسقوريدس وجالينوس وفى اى عدد
هو من جملة الادوية المذكورة فى تلك المقالة
وكان فى خدمة الملك الكامل محمد بن
ابى بكر بن ايوب وكان يعتمد عليه فى
الادوية المفردة والحشايش وجعله فى الديار ريبسا
على ساير العشابين واصحاب البسطات ولم يزل
فى خدمته الى ان توفى الملك الكامل — رحمه

الله — بدمشق وبعد ذلك توجه الى القاهرة
ثم خدم الملك الصالح نجم الدين ايوب بن
الملك الكامل وكان خطيبا (.Conj حظيا) عنده
متقدما فى ايامه وكانت وفاة ضياء الدين
العشاب — رحمه الله — بدمشق فى شهر
شعبان سنة ست واربعين وستمايه فجاة وله
من الكتب كتاب الابانة والاعلام بما فى
المنهاج من الخلل والاوهام شرح كتاب ادوية
ديسقوريدس كتاب الجامع فى الادوية المفردة وقد
استقصى فيه ذكر الادوية المفردة واسمايها
وتحريرها وقواها ومنافعها وبين الصحيح منها
وما وقع الاشتباه فيه ولم يوجد فى الادوية
المفردة كتاب اجل ولا اجود منه وصنفه للملك
الصالح نجم الدين ايوب بن الملك الكامل كتاب
المغنى فى الادوية المفردة وهو مرتب بحسب
مداواة الاعضا الالمة كتاب الافعال الغريبة والخواص
العجيبة۞

V e r s i o.

Dhialeddin Ben Elbeithâr. Fuit vir sapiens, illustris atque eruditus Abu Mohammed Abdallah Ben Ahmed Malacensis, vulgo cognitus nomine Ibn Elbeitharis, aevi sui facile princeps propter scientiae copiam reique herbariae amplam cognitionem, in plantis distin-

guendis, eligendis earumque locis patriis definiendis aeque versatus, qui earum nomina secundum genera speciesque digessit. Itinera fecit in Graeciam extremasque Asiae regiones multosque convenit viros, qui eandem doctrínae partem illustraverant, atque accepta ab iis multarum herbarum notitia, quas in locis natalibus ipse viderat, iter porro perrexit in Africam aliasque partes, ubi iterum familiaritatem contraxit cum multis iisque de re herbaria meritissimis viris, de plantis earumque natura atque indole propriis observationibus edoctus. Et ita quidem fuit versatus in interpretando Dioscoridis opere, ut quae intellectu difficilia obscureque expressa insunt, omnia enodaret. Atqui equidem ipse ingenii ejus acumen atque experientiam herbarumque cognitionem et in vertendis iis, quae Dioscorides et Galenus tradunt, facultatem maximopere sum admiratus. Primum autem eum conveni Damasci anno 633, summam affabilitatem, magnam auctoritatem, eximiam magnanimitatem, perfectam indolem animique nobilitatem hujus viri ita expertus, ut laudibus omnique admiratione longe superior esse mihi videretur. Saepenumero interfui ejus excursibus in vicina Damasci et collegi unâ cum eo multas, quae ibi proveniunt, herbas. Benevole vero ab eo sum instructus in explicandis nominibus medicamentorum, de quibus Dioscorides instituit sermonem in opere suo, ut non possem, quin scientiae ejus copiam, doctrinam et tot tantarumque rerum singularem peritiam mirarer. Erant enim apud nos libri manuscripti de simplicibus medicamentis similes operibus Dioscoridis, Galeni, Gafeki, aliorum, qui in hac doctrinae parte primas tenent, plurimi iique praestantissimi. Primum autem (videl. in collectione magna.) affert, quae Dioscorides in libro suo sermone graeco scripsit secundum

ea, quae in Asia emendavit: deinde ea omnia, quae Dioscorides ipse docet, remediorum qualitatibus et virtutibus adjectis; postea memorat, quae Galenus habet et descriptiones et proprietates et vires et quae huc pertinent; porro laudat verba auctorum posteriorum et de quibus inter se discrepant, allegatis ita locis auctorum controversis et contrariis ut similibus; talis enim differentia auctorum in descriptionibus saepius reperitur. Quos libros quamvis cum eo saepius evolutaverim, tamen nunquam in laudatis locis quemquam deprehendi ab eo commissum errorem, ut admirationem justam mihi moveret. Praeterea in enumeratione tam multorum medicaminum ea tantummodo recensuit, de quibus in operibus Dioscoridis et Galeni atque in tanta librorum de medicamentis simplicibus abundantia mentionem factam legerat. Vixit autem in aula principis Elmalek Elkâmel Mohammed Ben Abi Bekr Ben Ajub eique suum de medicamentis simplicibus et plantis librum composuit. Ab eodem rege praefectus in Aegypto reliquis herbariis Fustâtique magistris in ejus ministerio usque ad mortem regis Elkâmel — cui misericordiam deus praestet — quam oppetiit Damasci, permansit. Paulo post Cahiram commigravit ibique operam dedit regi Elsâlah Nechmeddin Ajub, filio regis Elkâmel, qui eum favore amplectebatur uniceque diligebat. Dhialeddin herbarius tandem diem obiit supremum — sit ei Deus misericors — Damasci mense Shabân anno 646 (April 1248.) de improviso. Hi sunt ejus libri: De erroribus et opinionibus futilibus operis Minhâch commentarii. — De medicamentis Dioscoridis. — Collectio medicamentorum simplicium. In hoc opere complectitur omnia medicamina simplicia et eorum nomina et indolem, vires atque utilitates. Itaque omnibus partibus numerisque hoc opus est absolu-

tum, ut alterum de medicamentis simplicibus perfectius atque integrius inveniri non possit. — De causis liber, quo nullus est praestantior. Dicavit hunc librum regi Sâlah Nechmeddin Ajub, filio regis Elkâmel. — De usu medicamentorum simplicium. Quod opus est digestum secundum morbos corporisque partium dolores. — De viribus singularibus mirisque proprietatibus. —

Superest, ut Ibn Beitharis rationem paucis persequamur in opere condendo, cujus particulam propter taediosa scriptorum plurimorum testimonia atque auctoritates ad nauseam iteratas maleque saepissime dispositas in solorum paene vocabulorum elenchum redactam et in paucarum adnotationum ex tanto auctorum a Malacensi medico exscriptorum numero cooptatarum summulam compulsam modo sumus tradituri. Rarius, quam quis speret, auctoris nostri ipsius verba legimus interposita. Tota ejus fides est suspensa ex auctoribus et Graecis et Arabibus. Dioscorides primas apud eum tenet ejusque verba summa cum fide ad Graecum expressa sermonem medicamenti nomen ejusque synonyma statim excipiunt, tametsi semper ita sunt distincta, ut quae medicamentum adumbrant ejusque naturam atque indolem exponunt ab iis, quibus vires medelaeque rationes illustrantur, sint divulsa. Dioscoridis adumbrationem descriptio sequitur Galeni ex ejus libris de medicamentorum simplicium temperamentis et facultatibus fere semper petita, eodem prorsus modo verbis, quae ad historiam medicamenti naturalem spectant, disjectis atque ab iis, quae vires morbosque sanandos enumerant, distractis. Praeter Dioscoridem et Galenum paucissimi iique perraro laudantur Graeci auctores, Aristoteles, Oribasius, Paulus, Ruphus, alii. Dein Arabum scriptorum, si qui sunt, qui de eodem

tractant remedio, testimonia adjungit, Avicennae Razique, testibus locupletioribus, habito principatus honore. In synonymis medicamentorum nominibus ventilandis aliorumque herbariorum erroribus perstringendis ipsum Beitharem quandoque disserentem deprehendimus jure nostro mirati, eum tandem aliquando silentii fuisse pertaesum ausumque suum interponere judicium. Historia naturali in auctoribus laudandis perfunctus eundem alterum servat Graecorum Arabumque ordinem in viribus eorundem medicamentorum secundum auctores dilucidandis. Suis quisque loquitur verbis pro more Arabum. Nonnunquam aliquot verba de populari remedii cujusdam usu, de quo peregrinabundus aut fando audiverat aut a tribubus medicis certior factus fuerat, adspersit ipse Ibn Beithar, ut medicinam eum factitasse Aegyptique fuisse archiatrum nisi aliunde (Casir. I. p. 276.) compertum haberemus, rhizotomus herbariusve tantum credi posset. Qui post Ibn Beitharem extiterunt de eadem materia inter Arabes scriptores, magnam ejus collectionem tanquam jugem fontem thesaurumque ad unum omnes adierunt indeque in proprios libellos scaturigines rivulosque naviter derivarunt. Unde tantus ei tributus est honos itaque ejus nomen per insequentia saecula etiam inter Hesperias gentes nationesque est concelebratum, ut omnes ultimorum saeculorum medici antiquitatum historiaeque artis medicinae studiosi exoptarent votaque facerent, ut tandem aliquando Ibn Beitharis apparatus medicaminum e bibliothecarum cancellis descenderet opusque tam celebre tantaque fama propagatum cum omnibus communicaretur. At non defuerunt inter ipsos Arabes, qui Ibn Beitharis laudes ejusque de re medicamentaria summa merita temperarent vituperiis vitiaque atque errores carbone notarent. E quorum numero est Bei-

tharis epitomator Mohammed Ben Ahmed [Cod. Oxoniens. Huntingdonian. 167. Jusof Ibn Ismael Ibn Elias Algiovaini, الجوينى, — a regione Persiae secundum Jacuti Lexicon geographicum; — Cod. Oxon. Marshall. 280. Gemaleddin Jusof Ben Ismael Ben Elias Bagdadensis; Herbelot. Joseph fils d'Ismael al Giouni, dit, Ibn Alkebir (!)] vulgo adpellatus Ibn Alcotbi Shafeita (الكتبى الشافعى), qui in [1]) operis sui manuscripti in plerisque omnibus Europae bibliothecis reperiundi — ما لا يسع الطبيب جهله, Quod medicum ignorare dedecet — praefatione ita fere loquitur: „Certissimum quidem esse, doctissimos atque eruditione ingenioque excellentissimos medicos de medicamentis pariter atque alimentis plurima composuisse opera, eorumque numerum esse tam magnum, ut memoriam et recensionem propemodum excedat; esse inter illos, qui de solis egerint alimentis, esse quoque, qui solis medicamentis operam dederint digerendis; praecipiti gressu artem scientiamque medicam eviluisse honoresque hodie medicis tribui non pro doctrinae atque eruditionis copia, verum pro vestium splendore palliorumque luxu regali, servorum multitudine; se tantum

---

1) Adhibui cod. Arab. Oxoniens. 174. Catalog. Nicoll. nondum publicati (Hyde. 38.) bombycinum, fol. 308. saec. XV. De Malajesa vide Hotting. Promptuar. p. 215. Herbelot. p. 539. Liber est compositus anno Heg. 711. Chr. 1311. Alii ejusdem operis codices Oxonienses cod. 563. Uri (Hunt. 167.) 568. Ur. (Marsh. 280.) 618. Ur. (Pocock. 231.). Bodleyan. 415 — 420 (Nicoll. 184 — 189) apographum Henrici Wild Norwicensis, cui Hunt sua manu ex aliis citatis codicibus lectiones adscripsit variantes. Parisienses 1029. 1030. 1072. Lugdunenses 806. 810. 816. Nannian. 103. (?) Asseman. Catal. Hamburgens. Chartac. Fol. 270.

non omnia de alimentis remediisque legisse opera, tum ea, quae summatim ac breviter, tum ea, quae fusius ac copiosius hanc doctrinae partem pertractant; nec quodquam praestantius ampliusque sibi videri Beitharis Magna Collectione de medicamentis simplicibus neque utilius; nec tamen hunc ipsum sibi ex omni parte placere: vel nimis longum esse ejus sermonem, ut facile in errorem inducat lectorem taediumque ei licet patientissimo adferat, vel nimis brevem, ut sint, quae parum recte desiderentur, vel ambiguum atque ancipitem, in errorem pronum, eaque menda omnia vel obtuso pinguique in oculos cadere ingenio; deinde maximam ejusdem operis partem esse destitutam ratiociniis atque argumentis auctoremque saepenumero ea, quae maxime sunt necessaria, praetermisisse, velut mistiones medicamenti, qualitatis gradum, dosin porrigendam; omisisse remediorum plurimorum vires in corpus humanum et quae sumptum medicamen sequantur signa: quomodo et quando eorum usus aptus atque idoneus sit; prolixius exposuisse nimisque accumulasse nomina medicamentorum synonyma eaque confusa aut falsa, haud raro incomperta, aut minus pervagata tritaque, utilitatem vero nobilemque quandam eamque privam virtutem neglexisse; quas ipse sibi posuerit leges in nominibus medicaminum enumerandis, esse praetergressum itaque parum sibi constitisse; peregrina nomina haud rarenter non consignasse oblitumque esse eorum, quae vulgatissima sunt et notissima; saepe et agreste vel sylvaticum per montanum et aquaticum per marinum reddidisse; in referendis virorum doctorum sententiis composuisse judicia inter se hiantia maximeque contraria in eundem sermonis tenorem coaluisse; in laudandis locis frequentissime lapsum et undique compilatis synonymis iterum iterumque eadem

repetivisse, quae jam aliquoties aliis operis locis legantur rerumque scitu dignissimarum nullam fecisse mentionem. Verumtamen propitius favensque sit ei Deus! Erat vir praestantissimus et in interpretando et in colligendis remediis et explicandis rebus permultis, quae herbariis antea videbantur esse obscurae. Et has quidem Beithari maculas se abstersurum esse pollicetur, — equidem igitur, deo fautore, decorticavi corticem et in omnium oculis posui ejus medullam; omisi nomina virorum doctorum et resecui repetitiones, — opusque suum, Beitharis nihilo minus pedissequum et satellitem, in duas divisurum partes de medicamentis atque alimentis simplicibus et de compositis, duodecim capitibus generalis communisque argumenti praemissis. Ordinem literarum in simplicibus remediis recensendis sequitur Ibn Alcotbi. Nec quisquam de toto Ibn Beitharis opere, si ad umbilicum usque pervolutaverit, rectius fideque dignius et quod ab omni studio et malevolentia sit magis alienum, faciet judicium. Equidem Alcotbii judicio addictissimus sum adstipulator.

Notior Ibn Beithar quam nobis fuit Italis medicis et metaphrastis, qui ubi monimenta antiquitatis typis exscribi coepta sunt, et ipsos Arabes medicos celebriores in latinum translatos sermonem prelo committebant, Simoni Januensi, Andreae Bellunensi, Gerardo Cremonensi, aliis. Postea medicina Arabica est derelicta solique lexicographi, imprimis Golius, Ibn Beitharis opus in usus suos compilarunt. Et memorat quidem Tournefortius et post eum Casirius (I. p. 276) et Amoreux in historia medicinae Arabicae, inutili plane libro, a Gallando Ibn Beitharem latine fuisse translatum. Quod si quando factum fuerit, id quod in dubitationem vocaverim, hodie certe versio illa deperdita est, quum Parisiensium Mss. catalogi semper si-

luerint et bibliothecae praefecti ne fando quidem de ea acceperint. Casirius autem, magniloquus spoliorum Arabicorum Escorialensium laudator, qui immortalitatem eorum catalogo publicato meruit, alios quoque viros eruditos Hispanos ad Arabica studia fovenda et promovenda institutione sua impulit, Antonium Conde, Joannem Amon, Banqueri. Quorum Don Juan Amon versionem totius materiae medicae Beitharis Hispanicam elucubravit, quae tribus voluminibus composita atque ad literae ض initium usque perducta in bibliotheca regia Matritensi extat.

Beithar, Traduccion Castellana de la coleccion de materia medica por Don Juan Amon. Gg. 16 — 18. Primo versionis Hispanicae volumini praefixa haec sunt: Version Castellana de la obra intitulada Coleccion magna de los medicamentos simples, compuesta por el celebre medico Botanico El-Beithar Malagueño, por Don Juan Amon de San Juan, por concluir. Llega este traduccion hasta la letra Zain en el principio. Tres tomos. Hac versione usus esse videtur Banqueri in notis conscribendis ad Ibn El Awami Hispalensis librum agriculturae (Libro de Agricultura. Su autor el doctor excelente Abu Zacaria Jahia Aben Mohammed Ben Achmed Ebn El Awam Sevillano. Madrid 1802. 2 Voll. Fol.) Fluxit haec versio, locis innumerabilibus manca, e codicibus Arabicis Beitharis Matritensibns, quorum duo ex libris clarissimi D. Augustini de Montiano y Luyando in publica bibliotheca post ejus mortem sunt repositi. Casirius illorum codicum mentionem injicit I. p. 280. Hi sunt Beitharis codices Arabici Matritenses:

1) Beitar o Beithar. Coleccion grande de materia medicinal. obra completa. Fol. año 770 de la Hegira. Gg. 55. Montiani.

2) Item. 2 Voll. con tratado sobre las enfermedades de caballos. Gg. 56. 57.

3) La misma coleccion. año 966 de la Heg. Gg. 58. Montiani.

4) Item. Capia moderna (a Joanne Amon scripta). Gg. 19 — 21.

Adhibuerunt Beitharis codices Reiske, Channing, Silvestre de Sacy, alii. Arabica Beitharis exemplaria eaque optima frequentia sunt inter thesauros Mss. Oxonienses Codicibus vero Pocockianis (Codd. 402 et 403. Poc. 542. 543. Uri.), qui totum opus duobus continent voluminibus, meliores nusquam vidi. In Germania unicum, quantum sciam, est exemplar in bibliotheca publica Hamburgensi, duabus distinctum partibus atque a pluribus exaratum manibus, haud raro vitiatum, e quo partem botanicam transferendam atque illustrandam jam diu sibi sumpsit eruditissimus Linkius, qui codices Hamburgenses sibi in eum finem commodatos benevolentissime mecum communicabat proxima aestate, quum Berolini commorarer, ut elenchum meum in bibliothecis Hispanicis, Escorialensi et Matritensi, inchoatum, Parisiis emendatum e Codice 1071, cujus orae Graeca synonyma literis majusculis manus rudis Syriaca cum notis Syriacis addidit, cum patrio quoque codice conferrem.

Litera Elif.

1. ااِلسن. *ἄλυσσον*. Alyssum.

Nomen graecum. Dios. III. 95. Galen. de simpl. med. VI. 1. 24. — Legitur in medicamentis, quae mor-

bis sunt contraria, secundum Democratem (فى الادوية المقابلة الادوا عن ديمقراطيس en el formulario preparatorio para los medicamentos de Democrates. Amon.) hanc plantam similem esse prasio; (الفراسيون) florum tantum tempore asperiorem et spinosiorem. Mihi narrarunt Andalusii aliquot, hanc plantam, quam Graeci ἄλυσσον vocant, apud ipsos cognitam esse nomine قارة karat, de qua Beithar litera ق № 11. dicit قارة est herba, quae graece vocatur سطاحيس στάχυς.

2. الطريلال Atarilâl.

اسم بربرى Nomen berbericum sive Afrum, quod translatum e Berberorum sermone significat pedem (Atar) avis (Ilâl) sive Aegyptiorum lingua pedem corvi. (رجل الغراب) Similis est planta anetho (شبث). Antea hujus herbae vires medicinales erant incompertae, senibusque tribus solius Shoaib (شعيب), quae prope Bachajat (بجاية) (Bagam Procop. Vagam Ptol. Oppidum maritimum Africae.) habitat, exploratae, donec palam fierent. Potio e seminibus facta leprae et morphaeae medetur. Autor est El-Sherif, (شريف) semina cum foliis rutae serpentumque exuviis mista leprae conferre. Semen contusum et in pulveris formam redactum sternumentum abortivum. El-Zahravi, (زهراوى): Semen potui additum dolores mitigat colicos. Sherif mihi retulit, hoc medicamentum alius plantae esse semen, quam Graeci Daucum (δαῦκον) (دوقس) nominant. Quod falsum esse assevero, quandoquidem utramque habeo cognitam. Inter herbarios sunt, qui dicant esse semen plantae elaphobosci (رعى الايل); cui opinioni pariter refragor, quum secundum

Dioscoridem Elaphobosci caulis sit nodosus sive geniculatus, Atarilali vero rotundus. — Daucus aureus sive crinitus. Desfont.

3. الكثار Aakthar.

Nomen berbericum. Abulabbas Elnabati: (النباتى.) in remotis Orientis urbibus notum est hoc remedium, quod in Africa Barcaei et Cyrenaici (عرب برقة و بلاد القيروان) adpellant belutat. (البلعوطة) Radice vescuntur in deserto, quae pastinacae haud absimilis est; flores anetho similes quidem, sed albi. Semen parvum, amarum. In montibus et arvis. Apud nos in Andalusia sponte crescit in montibus Zebdae (زبدة Esc. زيدة Hamb.) ejusque vicinia et in vallibus Carmonae (اقرمونة Esc. ازمونة Hamb.), passim in agro Hispalensi. Equidem eam quoque inveni prope Damascum, ubi زرة, zurat, vocatur. Sherif Aledrisi (الادريسى): Colligitur a Berberinis annis summae caritatis, qua placentas cum butyro comedendas faciant. Calculos vesicae renumque conterit, vermes fugat. Panis, cui ايوانى nomen est, soporat. Est in tumoribus pedum inflammatoriis pro cataplasmate.

4. الرغيس Aargis. Cortex Radicis Berberidis.

Nomen berbericum. Primo gradu calefacit, secundo exsiccat. Liber experientiae: Decoctum faucium orisque gargarisma, epiphorae anique fistulis convenit. Elgafeki (الغافقى): Radix Berberidis (برباريس) vino acetove cocta hepatis morbos dispellit. Ego: Aegyptii medici ea in oculorum morbis utuntur curandis loco Mamiran. Cf. Avic. I. 211. ed. Arab.

5. امليلس Aamliles. Quercus montana.

Elnabati: Nomen berbericum arboris in Occidente notissimae, quae morbo regio et hydropi conducit. Elgafeki: Arbor virum altidudine adaequans, foliis myrto similibus, suavioribus, fructu rubro, ligno duro, interna parte flavida. Radicis cortex aqua superfusus alvum evacuat icterumque curat.

6. اقشروا Aaksharva.

Liber Rahlat (زخلة Esc. رحله Par. رحلة Hamb.) Est nomen berbericum, cognitum Ceutae (سبتة), Occidentis urbe. Potus et Cataplasma hernias in scrotum illapsas sanat. Inter herbarios Hispanicos sunt, qui hanc plantam pro Centaurio minore (القنطوريون الصغر) habeant, in quo errant. Crescit ad ripas fluminum.

7. ابهل Abhul. Sabina. *βοάθυ* Cod. Par. 1071.

Omnes medici sabinam esse jnniperum falsi arbitrantur. Isaac ben Amran: Pertinet ad genus Juniperi. Diosc. I. 104. Galen. VI. 15. Avic. I. 128. Is. b. Amran: herbae Sabinae fructus cum saccharo penidio (فانيذ Pers.) et butyro conditus atque epotus haemorrhoides juvat. Sherif: fructus contritus mellique et butyro commistus asthma debellat. Machhul (مجهول): cum aceto tineam exsiccat. Cf. Abu Mansur. ed. Seligm. p. 30.

8. ابرسيم Ibrasim. (ابريسيم Par. ابرشيم Hamb.) Pers. form. Sericum.

Avicenna in medicamentis cardiacis: Sericum crudum melius cocto. Alminhach (المنهاج): Seri-

cum in pulverem redactum ustumque ad aquam oculis instillandam sumitur. Vestis serica minus calida est bombycinâ. Avic. I. 136. Sericatum pediculi haud infestant. Samhun: (سمحون) Fuit Mosih Ben Alhakem (مسيح بن الحكم), qui primus sericum cum moscho ad usum internum praescripsit. Razes: Sericum uri vetat et a plurimis medicis conscindi molique asserit unâ cum margaritis لولو, succino, كهربا, et corallo, بسد. Cf. Abu Mans. p. 33.

9. ابنوس ἔβενος. Ebenus.

Dios. I. 129. Gal. VI. 5. 2. Ibn Masuja, ماسويه: ad epiphoram et pustulas circa palpebras pollet. Mosih: calida in tertio gradu; ebeni ramenta caesariem nasci densioremque faciunt. Avicenna: Ebeni calor interdum exstinguit sanguinis calorem. Elchuz, الخوز: renum calculos comminuit et psorophthalmiam sanat. Minhach: adusta juvat. Sofaian Andalusius, سفين: oculos visumque roborat. Avic. I. p. 134. Abum. p. 36.

10. ابوقابس, (ابوفابس Par.) ἱπποφαές. Spina fullonia. Lappago. (شوك القصار Alex. Gr. mg.)

Hac planta Itali vestium maculas poliunt, quas ejus radice lavant. Vidi plantam lotionesque vestium ea institutas. Simili modo Damasceni radices Arthanithae, عرطنيثا, adhibent ad pannos laneos mundandos. Diosc. IV. 159. Avic. I. 229. de artanitha cum Dioscoridis Cyclamine confusa. Abumans. p. 34.

11. ابوفسطس ἱππόφαιστον. Hippophaestum.

Dios. IV. 160.

12. ابن عرس. *γαλῆ κατοικίδιος.* Mustela domestica.

Diosc. II. 27. Galen. XI. 39. Razes in Continente: mustela simulac cibos venenatos conspicit, horrent ipsius pili.

13. ابار. Abar.

Plumbum ustum ita vocatur, quod collyriis adjicitur. Cf. رصاص الاسود plumbum nigrum. Avic. I. p. 131. Abu Mans. p. 34.

14. ابزار القطة.

Tunetanis atque Africae incolis hoc nomine insignitur Sempervivum minus. Olus est. *καυκαλὶς* Marg. Paris. Cod. cf. al. loc.

15. ابرة الراعى Acus pastoris.

Species herbae secunda, quae graece *γεράνιον*, geranium, adpellatur. Dios. III. 121. Elgafeki: Multae herbae hoc nomine (acus pastoris) gaudent, quae, posteaquam defloruerunt, rostrata atque acuminata emittunt semina.

16. أترج *Μῆλον μηδικόν.* Citreum malum.

Abu Hanifa: Arbor in Arabiae plantariis frequens, secundum Arabes per viginti annos fructifera, foliis juglandi, floribus narcisso similibus, aculeata. Diosc. I. 166. Galen. VII. 12. 19. Ishak ben Soliman: Mali parenchyma ex duabus partibus constat, altera insipida, quae frigida est atque humida in tertio, acida altera, quae frigida est et sicca in tertio gradu; ventriculum roborat, hepatis calorem sedat, ciborum appetentiam excitat, sitim depellit, impetigines aufert. Avicenna in medicamentis cardiacis:

in palpitationibus ardentibus, scorpionum crabronumque morsu ejus usum commendant. Idem dicit in secundo capite, hoc malum morbo regio convenire et oculorum obfuscationibus illitum, pulmoni nervisque nocere; coctum cum aceto epotumque hirudines assumptas enecare. Ibn Redvan, رضوان: Inveni in libro de alimentis, acetositatem citri stomachi calori esse contrariam cibique facere appetitum. Ishak ben Amran: In febribus citri decoctio hepatis ardorem temperat. Liber experientiarum: temperat alimenta calida, appetitum victus facit furibundis, confert melancholiae. Ibn Masuja: frigidior est citrus quam humidior. Is. B. Amran: Citrus difficulter digeritur. Avicenna: Medulla carnosa gignit flatus; conserva citri mellita minus noxia. Is. B. Amran: Mali cortex esus sitim ciet. Avicenna: bonum reddit oris odorem; coctus vomitum incidit; corticis succus viperarum morsui contrarius; citri odores aerem corruptum et pestilentem emendant. Elisraili: est antidotum. Sofaien Andalusius: sitim pituitosam solvit pariter ac syrupus citri. Machhul: cortice citri vinum statim acescit. Eltabari, الطبرى: cortice deglupto potus citri cum aqua tepida mixtus scorpionum morsum juvat vulnusque eodem liquore adspergatur. Is. B. Soliman: Citri semina emolliunt apostemata, gingivas roborant; folia stomachica. Avic. I. 133. Abu Mans. p. 18.

17. اثل Athl. ἀκακαλὶς Paris. Cod. mg. Tamarix orientalis Forsk. p. 206. Acacalis similis Tamarisco. Amon.

Is. B. Amran: Arbor excelsa, foliis viridibus, myricinis similibus, amaris, adstringentibus; corolla nulla (exigua Desfont. I. p. 269.); fructus ramorum

nodis altissimis adnatus, cicerum forma, ex flavo fuscus, qui Junio mense colligitur. Dios. I. 118. Ibn Elchezar, الجزار: Radix cum vino acetove cocta hepatis dentiumque morbis confert; cineres tubercula sive condylomata exedunt. Alius (anonymus): Fructus hujus arboris vocatur كزمازك, kizmazak, sive عذبة, Odhbat. Paulus, بولس: Galla (κηκὶς) est styptica, vomitum cruentum et haemorrhoides in potu assumpta et affusa cohibet. — Tamaricis gallae cum gallis quernis confunduntur. — Maserchuja, ماسرجويه: Virtus hujus fructus ad gallarum (العفص) vim accedit, magis autem adstringit. Mosih: ulcera carne putri et supercrescente vallata et dentes juvat; morphaeam albam tollit. Razes: alvum fluxusque sanguinolentos compingit dentesque firmat. Is. B. Soliman: Fructus aqua infusus utilis in morbo regio, chlorosi morsuque araneorum. Utilis eadem sorbitio phthiseos initio; postea lac vaccinum butyro liberatum propinatur cum mucilagine tragacanthae panisque albi jusculo; robur addit stomacho, fluxiones ventris continuas sistit, menstrua pellit. Conficitur e fructu et saccharo syrupus, qui alvum aperit. Nonnulli Afri medici et ciniflones hodie tamaricis fructu utuntur ad crines componendas, qui ex finibus Numidiae et Segelmessa adfertur; gingivas roborat et rheuma arcet. Biaduc, بيادوق: Hujus baccae succedanea sunt galla et cortex granati. Sherif: Suffumigationes variolis conferunt. Prosp. Alpin. de pl. Aegypt. cap. 9.

18. اثمد Ithmid. *στίμμι.* Stibium.

Dioscorides (Aristoteles Hamb. ارسطاليس Recte. Itaque jam Aristoteles stibium memorat. Diosc. Spreng. II. p. 644. A Serapione vel Pythagoras allegatur): Hic

lapis continet plumbum ideoque argento adpositum illud frangit. Nascitur in Asiae finibus. Is. B. Amran: Nascitur Isfahanae. Diosc. V. 99. Galen. IX. 3. 29. Aristoteles, Maserchuja, Razes: oculis inspergitur atque illinitur hebetibus. Mohammed Ben Elhassan: occidit pediculos. Avic. I. 129. Abu Mans. p. 32.

19. اثوا *αἴθυια.* Mergus.

Ibn Cholchol, جلجل: Est avis notissima, in Andalusia quoque apud nos indigena. Dios. II. 50.

20. اثرار Athrar.

Abuhanifa: Est idem frutex, qui انبرباريس, Anbarbaris, Berberis, vocatur.

21. اجاص Ichas. *κοκκύμηλον.* Pruna.

Andalusii hunc fructum vocant bovis oculnm (عين البقر). Is. B. Soliman: Prunorum duplex genus, nigrum et album. Vera pruna sunt nigra; alba vocantur شاهلوج, Shahaluch. Galen. VII. 10. 35. Diosc. I. 174. Is. B. Soliman: Pruna optima sunto carnosa, cuticula tenui inclusa, acidula. Razes: temperant ardores febriles bilisque morbos. Liber experientiarum: febribus biliosis conveniunt. Elchauz: Prunorum jusculum menstrua provocat. Liber agriculturae, كتاب فلاحة: Prunorum sylvestrium nuclei nimis adstringunt. Avic. p. 134. Abu Mans. p. 17.

22. احداق المرضى Ahdak Elmardi.

Est Bihar, buphthalmum, et apud Syros vocatur عين اغلى. cf. bihar.

23. احريض Ihrid.

Est secundum Abu Hanifam عصفر, Osfor, Carthamus tinctorius. Cf. osfor.

24. اخيون ἔχιον. Echium.

Adpellant hanc plantam caput serpentis, quia ejus semina viperae capitis formam referunt. Diosc. IV. 27.

25. اخينس ἐχῖνος. Echinus.

Ita legit Ibn Beithar cum codice graeco Alexandrino hujus plantae nomen exaratum, quae in vulgatis Dioscoridis libris ἔρινος, Erinus, audit. Male arbitratur Golius, interpretes Arabes χ pro ρ legisse. Diosc. IV. 29. Galen. VI. 5. 26.

26. اخرساج Achrasâch.

Liber agriculturae: Crescit haec arbor in calidis terris locisque desertis et sterilibus; virum altitudine exaequat; lignum molle et fragile veluti ficulneum; folia ficulneis similia, majora, sapore austera, tactu laevia. Arboris hujus virtus tunc demum cognoscitur, quum manditur atque os ventriculi corroborat. Ramis racemosi fructus insident albidis inclusi membranis; quae ubi deciderunt, racemis accolae vescuntur. Decoctio foliorum fructuumque dolores membrorum arthritide confectorum consopit.

27. اداد Adâd.

Nomen berbericum plantae, quae arabice اشخيص, Ishchis, Chamaeleon albus nuncupatur.

28. ادريس Idris.

Nomen berbericum plantae, quae graece ثافسيا, θαψία, thapsia vocatur et ab Arabibus Occidentis درياس, dirjâs.

29. اذخر Idschir. σχοῖνος. Schoenus.

Abu Hanifa: Radix profunda. Culmi breves. Male olet, junco, اسل, similis, effusior. Spicae arundinaceae. Nascitur in campis et regionibus petrosis. Is. B. Amran: Schoenus optimus Meccensis; Italicus atque Africanus deteriores. Diosc. I. 16. — ἐν Ναβαταίᾳ. Steph. Syr. ابياطا. Superscriptum انطليا Italia. Unde Ibn Beithar vertit, optimus Italicus. Plin. XXI. 18. Laudatissimus ex Nabataea. Gal. VIII. 18. 49. Mosih Damascenus: Calidus et siccus in secundo. Razes: Schoeni unguentum indurationes hepatis discutit. Avicenna: Dolores uterinos mitigat. Machhul: Potus caput gravat somnumque adlicit. Liber experientiarum: Urinam ciet, menses pellit atque inflationes omnium partium solvit potus atque illitus. Ego: Scito, Razem in Continente eumque sequentes alios multos medicos hunc schoenum confudisse propter similitudinem cum Schoeno الاجامى arundinaceo Galenumque in hoc errore allegasse auctorem. Doctissimus vero Galenus utrumque Schoenum luculenter distinguit. Schoeno enim nostro adjicit schoenum arundinaceum (VIII. 18. 50.), quem Arabes اسل juncum, Aegyptii سومان Summân, Afrique reliqui دنس Danes vocitant, ex quo strata, sportas cratesque texunt. Hujus schoeni species duplex, laevis et nodosa. Utraque est notissima, quas sub اسل persequar. Ergo cave, ne in eundem incidas errorem. Accuratius de hoc errore sum locutus in opere meo كتاب المنهاج (de los equivocos que hay sobre las plantas particulares. Amon.) Avic. I. p. 127. Abu Mans. p. 29.

30. أذريون Adsriun.

Is. B. Amran: Est species parthenii (اقحوان Okhavân), flore luteo, alius speciei rubro. Ibn Chanâh, جناح: flore aurato, orbiculo discove nigro. Ibn Cholchol: Planta cubitalis, foliis digitum longis, lanuginosis, flore chamomillae simili. Elgafeki: Dicit auctor libri de agricultura, florem esse caeruleum, inodorum, cum sole se circumagere noctuque contrahi; a gravida manibus contrectatam hanc plantam foetum abigere; suffumigationes fugare mures et lacertas. Alius: Succus radicis dentium dolori est remedio et foeminis sterilitatis medicamentum. Avic. I. 129. أذريونة. de Sacy Chres. Arab. III. p. 458.

31. أذان الفار البستانى Adsân Elfâr Elbostâni. ἐλξίνη Paris. mg. Male ἀλσίνη Diosc. IV. 87. Sprengel. edit. II. 214. Myosota hortensis.

Dios. IV. 87. Sprengelius in librum secundum hoc caput transposuit, adversantibus interpretibus Arabibus, Stephano Syro et Beithare, atque Alexandrino graeco codice, qui ἀλσίνην inter ephemeron et parietariam libro quarto inserit. Galen. VI. 1. 25. — Avic. I. p. 134. Abum. p. 30.

32. أذان الفار البرى Adsân Elfâr Elbarri. *Μυὸς ὠτίς.* Myosotis sylvestris.

In Africa huic plantae nomen est عين الهدهد Ain Elhudhud, oculus upupae. Diosc. II. 214. μυὸς ὦτα ἕτερα. Gal. VII. 12. 27.

33. اذان الفار اخر برى Myosotis sylvestris altera. ἀναγαλλίς Paris. mg. (?)

Elgafeki: Arbustum, quod in terris sabulosis nascitur, ramis humi diffusis, foliolis myosotae hortensi similibus. Totius plantae succus Venerem stimulat fatigatam jamque senio marcentes ad coitum excitat. Crescit prope Cahiram et Alexandriam.

34. اذان الفار اخر Myosotis alia.

Razes in Euporistis (فى كتاب على من لم يحضره طبيب): Herba similis tithymalo, اليتوع, foliis myosotidi similibus, lanugine alba obductis. Alius: Foliorum decoctio cum salsamentis lumbricos ejicit.

35. اذان الارنب Adsân Elarnab. Aures leporis. Cynoglossum Gol.

Elgafeki: In Berberia nominatur اذان الشاة aures ovis sive اذان الغزال Aures dorcadis. Flores coerulei aut albidi,similes lino; radix similis helleboro, (خربق, externa parte nigra, interna alba. Decoctio pulmoni convenit. Altera est species minor floribus purpureis.

36. اذان الفيل Adsân Elfil. Aures elephanti. Colocasia. Arum.

Dicunt, esse hanc plantam قلقاس colcâs, colocasiam (Prosp. Alp. de pl. Aegypt. c. 33.) sive fabam Aegyptiam لوف القبطى, quas conferas.

37. الجدى اذان Adsân Elchadi. Aures haedi. Plantago.

Damasci atque in ejus vicinia vocatur لسان الحمل lingua arietis, quam adeas.

38. العنتر اذان? العنتر Hamb.? Num العنز, Aures caprae sit scribendum?

Est fistula pastoris مزمار الراعى ex medicamentis simplicibus Sherifii.

39.	القسيس اذان Adsân Elkasis. Aures presbyteri. القاضى اذان Adsân Elkâdi. Aures judicis.	Κοτυληδών.

In Andalusia hoc nomen indunt herbae, quae graece vocatur cotyledon.

40. الدب اذان. Adsân Eldobb. Aures ursi. Verbascum.

Est herba, quam Graeci φλόμον appellant atque est البواسير Elbavâsir, quasi herba haemorrhoidica. (Gol.)

41. الحيوانات اذان Adsân Elhaivânât. Aures animalium.

Razes in Continente: Difficiles sunt concoctu propter tenuitatem et siccitatem.

42. ارز Aroz. Oryza. arróz. Hispan.

Diosc. II. 127. Galen. VIII. 15. 16. Ibn Masuja: Nutribilior milio, tritico atque hordeo. Cocta

cum lacte, amygdalis dulcibus et saccharo magis adhuc alit. [Haec consuetudo etiam hodie apud Hispanos obtinet eique summopere indulsi, quum per tres fere menses Escorialensi fruerer solitudine libris heluans manuscriptis.] Coquitur quoque cum aqua et oleo amygdalino. Quem victum si minus appetat aegrotus, carthami substituas medullam. Mâserchuja: ulceribus urethrae conducit. Sendhashâr, سندهشار: semen auget. Masuja: Indi optimum alimentum habent oryzam cum lacte vaccino coctam. Mosih: Aptius coquitur cum lacte caprino quam ovillo et vaccino. Honein, حنين: Minus nutrit tritico alvumque sistunt rubrae glumae. Is. B. Soliman: Decoctio ulcera cutemque abstergit. — Avic. I. p. 138. Abum. p. 16.

43. ارافوا ἄρακος. Cracca.

Galenus (de aliment. facult. I. 27.): Sunt semina rotunda duraque, quae in lente nascuntur. Liber de agricultura: Nascitur inter lentes herba, quae habitu ac siliqua lenti simillima; siliquae semina nigra insunt et rotunda, quae contusa cum aceto sexque horas in sole posita duros emolliunt tumores.

44. ارقطيون ἄρκτιον. Arctium.

Diosc. IV. 104. Galen. VI. 1. 58.

45. ارقطيون اخر ἄρκειον Dios. edit. ἄρκτιον Cod. Alex. graec. Personata.

Diosc. IV. 105. Galen. VI. 1. 59.

46. ارماك Armâk. —

Juhannâ Ben Masuja: Medicamentum (cortex) Indicum caryophyllorum (قرنفل) odore. Elbasri

(Basrensis): Lignum cinnamomo (قرفة) simile, bene olens, quod ex Arabia felici adfertur. Eltabari: Eadem habet. Razes: Oris morbis utile. — Avic. I. p. 135. Abum. p. 32.

47. اريدبريد (اربريد Hamb. ارتدبريد Avic. I. 138. Gigg.) Eridberid. Pers. Gol.

Medicamentum Persicum, quod ex Sechestana (ساجستان) adfertur et caepae scissae formam refert, haemorrhoidi utile. Elbâlsi (البالسى): Coctum menstrua suppressa violenter pellit.

Elgafeki eandem hanc plantam esse asserit cum دلبوب, دلبوس Hamb. Neutrum cujusquam est significatus. Unde hariolor, esse legendum دلبوث dalabuth, quod Giggaeus et Freytag secundum Camusium herbam aliquam interpretantur, secundum Beitharem tamen sub hac voce est Iris sylvestris, ξυρίς. Diosc. IV. 22.

48. ارمينن (ارمنين Hamb.) ὅρμινον. Horminum.

Diosc. III. 135. Ibn Cholchol: Est planta, quam vocant قلقل kilkil (planta, cui granum nigrum, suaveolens, durissimum Cam.). — Quod vix probabile sibi videri Beithar existimat; Kilkil enim esse arborem Mesopotamiae. — Serap. de simpl. medic. c. 225. granum culcul.

49. ارحيقنة Arhikanat.

Abulabbas Elnabâti: Inter coriarios notum est ارحيقن, quod ipsis adfertur ex Occidentis

urbe Baga (بجاية); melius, quod circa Satifam (سطيف) nascitur. Sanat hydropes et icterum coctum cum oleo et melle; sapor ejus acer sicut radicis cardui edulis (حرشوف alcachofa Hisp.). Tota planta similis est pino, latioribus tantum foliis, trunco humili, cujus summitati capitula aliquot rotunda inhaerent, in quibus flores lutei, croco similes. Elsherif: Plane eadem dicit atque inflammatis partibus imponit pultem ex eo et farina compositam.

50. اراك Arbor quaedam spinosa.

Abu Hanifa: Arbor punicae forma similis, quae provenit in montibus et vallibus Arabiae Petraeae, bene olens, racemifera, baccis ciceris magnitudine, dulcibus, nigris, quae uvarum instar veneunt. Arâk et ipsae vocantur baccae, quarum peculiare est nomen برير berir. Radice ramisque dentes fricant. Ibn Redvân (رضوان): Baccae stomachum roborant alvumque sistunt. Ibn Cholchol: Urinam cient et vesicam purgant.

51. ارتكان Artekân. ὤχρα. ἀοχρα Par. mg. Ochra.

Vocatur hic lapis et ارتكن et Graece اجرا ὤχρα. Ibn Elchazâr: Sunt lapilli flavi rufique; usti evadunt rubri. Diosc. V. 108.

52. ارغاموني Ἀργεμώνη. Argemone.

Diosc. II. 208. Galen. VI. 1. 54.

53. ارجوان Archavân. (Syringa persica? Gol.)

Elnacasi (نقاسي Escur. التبقادي Hamb.) in

libro suo de praestantia lignorum (فضل الحطاب) dicit, Archavân esse vocabulum arabicum, radicem vero persice appellari ارغوان Argavân. Arbor Persica floribus balaustiorum colore; unde Arabes Archavân omnia ea dicunt, quae ejusdem sunt ruboris; frequentissima in vicinia Ispahanae, floribus pulcherrimis, inodoris, dulcibus, quibus vescantur. Cineribus feminae fuco utuntur. Radicis cortex vomitum ciet. Frequens haec arbor esse dicitur in paludibus Fârikinis فاريقين vineisque montium Cordubensium.

54. ارنب برى *Λαγωὸς χερσαῖος.* Lepus terrestris.

Diosc. II. 21. Elgafeki: Caro leporis assata convulsiones solvit; totum animal combustum atque in pulverem redactum renum calculos comminuit. Alius: Jusculum arthriticis aptum balneum atque enuresi medetur. Galen. de aliment. III. Razes de simpl. c. 9. — Galen. de simpl. XI. 7. Avic. I. p. 135.

55. ارنب بحرى *Λαγωὸς θαλάσσιος.* Lepus marinus. Aplysia depilans.

Avic I. p. 135. Diosc. II. 20. Galen. XI. Diosc. de venen. c. 30.

56. ارجان Archân. Oleaster spinosus Mauritaniae. Elaeodendron Argan.

Nomen berbericum. Arbor Mauritaniae spinosa, fructu amygdalae simili, unde vocatur Amygdalus berberica (لوز البربرية), quam conferas. — Hoest Nachrichten von Marókos p. 304.

„Argan, اركان, ist eine Art von Oliven, woraus die Mauren das Oel pressen, welches sie selbst essen, oder auch nach Europa verkaufen, woselbst es bloss in Manufacturen oder Fabriken verbraucht wird. Die Mauren verstehen es solchergestalt auszubrennen, dass es geniessbar, insonderheit zu gebratenen Fischen ist. Die Frucht gleicht grossen Oliven, mit einem grossen stein inwendig. Der Baum sieht wie ein Dornbusch aus, und ist Cassia nicht unaehnlich; öfters wird er ziemlich gross und alsdann zu Bauholz gebraucht. Man findet ihn überall in den Wäldern, besonders von der Stadt Marókos ab und nach Südwesten zu. Ein jeder kann sich davon benutzen. Olivenbäume habe ich nicht wild gesehen.“ — Archan in regni Maroccani partibus australibus frequentissima esse mihi dicebatur a Schousboe, Danemarkiae anno 1830 consuli Mauritanico, qui in horto suo extra muros Tingitanos sito hanc arborem diu coluerat; Tingitana enim provincia utilissima hac arbore caret. In horto Suecici consulis Tingitani, equitis illustrissimi de Ehrenhoff, apud quem Tandchae per mensem Octobr. 1830 liberalissime exceptus fui, plantis Africanis aliisque omnis generis ditissimo hanc arborem videre parum recte nunc memini. Schousboe Beobachtungen über das Gewächsreich in Marocco p. 89. et sqq.

57. ارسطلوخيا. Aristolochia.

Cf. زراوند zerâvend.

58. ارطاماسيا. Artemisia.

Cf. برنجاسف berenchâsef.

59. اربيان Irbian. Buphthalmum.

Elbakri, البكرى: Aegyptii et Damasceni hoc nomen chamomillae speciei tribuunt, quae apud Syros ܐܘܣܝܐ (juncus) et graece بكبلمن (buphthalmum?) audit. Planta est aromatica. Cf. بهار. Gol. Lex. p. 64.

60. ازادرخت Azadiracht. Melia Azedarach.

Ibn Samhun, سمحون: Perniciosum est venenum, quod celerrime interimit; est vero etiam medicamentum. Ahmed Ben Abi Chaled, خالد: Arbor ramosissima fructu racemoso mespilis aroniis (زعرور) haud dissimili, qui syncopen et vomitum facit. Maserchuja: Semina avellanarum magnitudine interimunt. Feminae iis utuntur ad capillos reddendos longiores. Razes de simpl. c. 28. — Avic. I. p. 132. ازاذرخت Abu Mans. p. 33.

61. ازرور (ازرود Hamb.) Asrur.

Nomen Berbericum in Africa loti herbae (حندقوقا hendakuka), quam videas.

62. اسارون ἄσαρον. Asarum.

Diosc. I. 9. Galen. VI. 1. 63. Elsherif: Cum melle semen auget. Machhul: Omnes, qui in domo sunt, scorpiones enecat. Liber experientiarum: Urinam ciet et calculos renum conterit. Ibn Samhun: Est etiam in Andalusia indigena planta. Elgafeki: Asarum Andalusium non est genuinum, quamvis sit haud dissimile. Asarum

genuinum nascitur in Graecia. Sunt autem duae aliae species asari in Andalusia, quae ad genus aristolochiae (زراوند) pertinent, quarum altera viperarum morsui medetur, altera haud multum distat virtute sua a genuino asaro. Diosc. V. 68. de vino asarite. Succedaneum asari est وج vach, acorum. — Avic. I. p. 127. Abum. p. 26.

63. اسطوخودوس στοιχάς. Stoechas.

Elchazâr: Arabice appellatur ضرم et significat „cohibens spiritus" (ممسك الارواح) Diosc. III. 28. Gal. VIII. 18. 39. Oribasius, اريباسوس: Cum melicrato eos juvat, quibus cerebrum est commotum. Diosc. V. 52. de stoechadite. Avic. I. 130. Abum. p. 25.

64. اسفاناج (اسفاناخ Pers. Hamb.) Spinachium.

Liber de agricultura: Planta notissima, spithamam alta, foliis lanuginosis; alvum inflat. Speciei sylvestris folia minora. Avicenna: Morbis pectoris anginisque conducit. Razes: Atriplice melius nutrimentum. — Ninivitae in Babylonia hyeme atque aestate spinachium colunt, quum saepissime anginis pulmonumque morbis laborent. — Avic. I. p. 136. Abum. p. 17. Sprengel. hist. rei herb. p. 270.

65. اسطر اطيقوس ἀστὴρ ἀττικός. Aster atticus.

Ibn Vâfed, وافد, dicit, esse eryngium (قرصعنة kersaannet); in quo fallitur. Diosc. IV. 118. Gal. VI. 1. 69. — Avic. I. p. 137. اطراطيقوس.

66. اسل Asal. *σχοῖνος ἐλεία.* Juncus.

Ex eo plectuntur storeae istique errant, qui cum schoeno (Nr. 29.) juncum confundunt. Abu Hanifa: Est kaulân (كولان), papyrus herba, scapis tenuibus, sine foliis, laevibus; in aqua radices agit. Adhibetur ad funes plectendos atque in Babylonia et Chaldaea ad cribra texenda. Diosc. IV. 52. Gal. VIII. 18. 50.

67. اسقلبياس *ἀσκληπιάς.* Asclepias.

Honein in operibus suis hanc plantam dicit esse connâbara (قنابرى), genus oleris sylvestris, spinosi, hyemalis. Sed fallitur. Namque illa planta vulgatissima est apud Damascum ac viribus penitus discrepat ab ea, de qua nunc est sermo. Diosc. III. 96. Galen. VI. 1. 64.

68. اسليخ. Asolaich. *πελεκῖνος.* Paris. mg. (*ἡδύσαρον?*)

Abu Hanifa: Herba foliosa, caulibus longis, flaventibus, quae in sabulosis provenit, rutae sylvestri similis. Elgafeki: est ليروت (lairut?) tinctorum; cum aqua cocta vulnera juvat. Latine vocatur zanial (زنيال).

69. اسطراغالس *ἀστράγαλος.* Astragalus.

In Andalusia ab herbariis aliisque vocatur محلب العقاب الابيض. Diosc. IV. 62. Gal. VI. 1. 68.

70. اس As. *μυρσίνη ἥμερος.* Myrtus hortensis.

Abu Hanifa: Frequens in campis Arabiae, semper virens, arboris altitudine, floribus albis odo-

ris, fructu nigro, leviter dulci, amaro, qui قنطس, kontos, audit. Diosc. I. 155. Galen. VII. 12. 31. ubi etiam loquitur de mantirabo (منطيرابون, mantidabon Serap. c. 92. μυρτίδανον Dios. I. 156. μυρτὰς Gal. loc. cit.). Masuja et Is. B. Amran: Fluxum sanguinis ex matrice retinet. Avicenna: Syrupus tussi confert. Razes: Annulus ex ligno myrteo viridi circumpositus digito auriculari dolores musculorum compescit. Diosc. V. 36. de vino myrtite. — Avic. I. p. 126. Abum. p. 21.

71. اس برى *Μυρσίνη ἀγρία.* Myrtus sylvestris. Ruscus.

Apud Damascenos adpellatur بقف (بقس conjicio. buxus.) atque in Andalusia Chaizorân (خيزران). Diosc. IV. 144.

72. اسحفان Eshafân. (اسحق Hamb.)

Abu Hanifa: Herba, quae in modum restium humi diffusa serpit, foliis colocynthidi (حنظل) similibus, minoribus. Sanat coxendicis dolorem.

73. اسيوس *Λίθος ἄσσιος.* Asius lapis.

Veteres medici Cahirenses hunc lapidem vocant dactylum Sinensem (بلح الصين) medicique Afri bârud (بارود). Diosc. V. 141. Galen. IX. 2. 9. Ego: Ejus utilitatem sum expertus in gingivarum haemorrhagia.

74. اسفيداج Isfidâch. *ψιμύθιον.* Cerussa.

Diosc. V. 103. Gal. IX. 3. 39. Mosih: Frigida in secundo gradu. Aristoteles: Equorum leu-

comati conducit. Chaled: Succedaneum est plumbi scoria. — Avic. I. p. 134. Abum. p. 33.

75. اسرنج Esrench. Sandyx. Minium factitium ex cerussa tosta.

Arabes hanc mineram vocant Salikun (سليقون) sive Zarkun (زرقون), Graeci Sidufos (سيدوفس. Conjicio سندوقس). Razes: Est plumbum nigrum, sale adjecto exustum, donec rubuerit. Diosc. V. 103. Gal. IX. 3. 27. Ibn Samhun: Unguentum sandicis exsiccat. — Serapion. cap. 367. ed. Argentor. 1531.

76. اسفنج البحر Isfonch Elbahr. Spongia marina.

Abulabbas Elnabâti: Jam sumus facti certiores, spongiam nasci in cautibus maritimis, neque esse animal neque animali simile aliquid, etiamsi virtutem habeat animalis. Origo spongiae haud dissimilis integumento piloso, quod in magnis maribus adhaeret saxis. Et jam aliquoties diximus, fibram unamquamque minores et tenuiores emittere fibras, quae inter se junctae coalescunt in coagulum, sicuti notum est — laudetur creator Optimus Maximus. Ac sunt quidem duae spongiarum species, altera in lapidem mutata, mollis altera, quae ubi maturuit, ab undis in littora ejicitur in modum coralliorum ceterorumque corporum similium. Diosc. V. 137. Galen. XI. 2. 11. — — Avic. I. p. 131. Abum p. 32.

77. اسرار Isrâr.

Abulabbas Elnabati: Arbor, quae in extremis littoribus Meccensibus nascitur. Equidem eam

reperi prope Kafâfât (كفافاة) peregrinabundus in via urbis Elanae (ايلة Ailat). Foliis, flore et fructu, qui avellanae est magnitudine, laurum refert. Resinam emittit, quam Arabes Shurat (شورة) vocant, contra dentium dolores commendatam. Plerumque in ipsa aqua haec arbor agit radices.

78. اسرب Usrub. Pers. Plumbum.

Cf. رصاص.

79. اسفست Isfast. Pers. Medicago.

Cf. Fassa (فصة) et Fasfassa (فصفصة) et Ratbat (رطبة). Diosc. II. 176. — Bocchar. Hieroz. I. p. 301.

80. اسد Asad. Leo.

Thabet Ben Corra (ثابت بن قرة): Adeps leoninus est unguentum praestantissimum conjugum, quia Venerem stimulat. Inungito costas, ventrem, inguina, penem, anum. Abenzohar: Leo fugit mulierem, cui menstrua fluunt, etiamsi sit famelicus. Crocodilus illico moritur, simulac leonis rugitum audivit etc.

81. اسد العدس Asad Eladas. Leo cicerum. Cuscuta?

Perimit sive suffocat legumina. Est Orobanche Diosc. II. 171.

82. أسد الارض Asad Elardh. Leo terrae sive humilis. Chamaeleon.

Sunt, qui مازريون (Mezereum, Chamelaeam) esse perhibeant. At errant isti. Est enim leo terrae hirbaa (حرباء) i. e. Chamaeleon animal. Error ortus est ex prava literarum scriptura mancaque distinctione. Etenim chamelaea est خامالا et Chamaeleon خامالاون. Alii affirmant, esse eam plantam, cui apud Graecos Chamaeleoni albo (اشخيص Ishchis) nomen est, quem adeas.

83. اشجارة Ishachârat.

Apud Graecos appellatur ἐρύσιμον (اروسيمون Erysimum.). Eltamimi, التميمى: Folia cocta cum oleo et sale Damasci comeduntur.

84. اشق Oshak. 'Αμμωνιακόν. Gummi Ammoniacum.

Synonyma sunt اشج et وشق et لزاق الذهب (Chrysocolla). Immerito vocatur Gummi Tarsense (صرنوث). Diosc. III. 88. Galen. VI. 1. 37. Hobaish: Carnem putrem exedit, tumores duros emollit, purgat et leucomata oculorum sanat. Mâserchuja; Lumbricos enecat. Avicenna I. p. 130. — Abum. p. 35.

85. اشترغار Ushtorgâr. P. Spina cameli. *μαγύδαρις ἑτέρα.*

Nomen Persicum, quod Arabes transferunt

شوك الجمال. Appellatur et انجدان Enchudân. Diosc. III. 94. Ibn Abdun, عبدون: Est radix plantae, quae in Chorasana nascitur et aliorum aromatum instar cum carne coquitur. Virtus eadem cum انجدان. Avic. I. p. 130.

86. اشنة Ushnat. *βρύον.* Muscus arborum.

Aliud nomen est شيبة العجوز Shaibat Elachuz, canities aniculae. Diosc. I. 20. Gal. VI. 2. 19. Ibn Samhun: Musci vires differunt secundum arbores, quibus innascuntur. Mosih Damascenus: Decoctio cuti robur addit. Abdalla Ben Saleh, صالح: Musco puellae utuntur pro odoramento propter suavitatem odoris. Ahmed Ben Ibrahim: Infusus cum vino rubro stomachum roborat. Avic. I. p. 128. Abum. p. 28.

87. اشخيص Ishchis. *Χαμαιλέων λευκός. Ἰξία.* Chamaeleon albus.

Nomina ejus Andalusia شوكة العلك et شكراس, berbericum اداد. Diosc. III. 8. Galen. VIII. 22. 6.

88. اشنان Ushnân. Herba Alkali ejusque cineres.

Abu Hanifa: Plurimae sunt hujus herbae species. Nostra illa est, quam ad lintea abluenda adhibent. Elbakri: Est planta sine foliis, caulibus gracilibus, nodosis, succulentis. Lignum uritur.

89. اشنان داود Ushnân dâvẻd.

Est Zufa jabes (زوفا يابس), Hyssopus.

90. اشراس Ishrâs.

Persice Serish (سريش). Est glutinis sutorii genus praestantissimum, quod conficitur ex radicibus herbae, quam plerique cum asphodelo (خنثى Chantha) confundunt. Sed illius folia latiora sunt et ad figuram rotundam magis vergunt; caulis longior, qui florem album fert nonnullo rubore tinctum. Fructus inde provenit rotundus, qui acrimoniam habet cum austeritate conjunctam. Radix longior et durior quam asphodeli et rubrior, quae aquae injecta viscosum reddit humorem. In frigidis locis Syriae et Mesopotamiae nascitur, siccataeque radices mola in farinam conteri solent et exportari. Abulabbas elnabati: Herba in Asia notissima, quae e Chorasana advehitur. Radix, asphodeli radici similis, molitur farinâque utuntur bibliopegi ad chartas glutinandas. Radicis enim farina cum aqua manibus trita vel tabulas conglutinat.

91. اشقون Hamb. (اصفون Matrit.) Ashkun. Ἰσόπυρον. Isopyrum.

Diosc. IV. 119. Gal. VI. 9. 7.

92. اصابع صفر Asâbia Sufr. Digiti citrini.

Elgafeki: Herbarii Andalusii hanc plantam nominant manum Ishatae (عيشة) et manum Mariae. Ramos habet longos et tenues, flores purpureos; radix forma manum infantis refert. Provenit

in littoribus arenosis. Elmachusi, ماجوسى: morsui animalium venenosorum convenit. Pythagoras, بذيغورس: Succedaneum proponit compositum. — Avic. I. p. 131. Abum. p. 30.

93. اصابع فرعون Digiti Pharaonis. Corallium?

Mutati in lapidem adferuntur e mari Meccensi, digitali longitudine. Conveniunt recentibus vulneribus.

94. اصابع هرمس Digiti Hermae. Hermodactyli.

Sunt hermodactyli سورنجان, Surenchân, sive شبلند (شنبليل Beith. in lit. ش.) ubi vide. — Avic. I. p. 138.

95. اصابع العزارى (العذارى Hamb.)

Sunt racemi, fructibus glandium magnitudine, qui in nonnullis Andalusiae partibus uvae bovillae vocantur.

96. اصابع الفتيات (القينار Hamb.)!

Abu Hanifa: Est herba bene olens فرنجمشك, Ocimum caryophyllatum, quod vide.

97. اصف Asaf. Capparis sive ejus radix.

Cf. كبر, Kabar.

98. اصطفلين Istoflin. σταφυλῖνος. Pastinaca.

Cf. جزر Chasar.

99. اصطرك Istorak. στύραξ. Styrax.

Cf. ميعة يابسة Miat jabisat. — Avic. I. p. 129.

100. اضراس الكلب Adsrâs Elkalb. Dens canis.

Est بسبانج, Besbânech, polypodium, quod vide.

101. اطرمالة Atarmâlat.

Elgafeki: Planta altitudine hominis, foliis cannabinis (شهدانج, Shahdânech), sed brevioribus, spicata, fructu avellanae simili, flore luteo. Totius plantae superficies succum exstillat viscosum, melligenum. Semina ad collyria contra psorophthalmiam adhibentur.

102. اطرية Atrit.

Avicenna: Est genus decoctionis, factum ex azymo, quod cum carne et sine carne coquitur etc. Avic. I. p. 139.

103. اطباء الكلب Atbâ Elkab. Ubera canis.

Est سبستان, Sebestan. Cordia Sebestana. Spreng. hist. rei herb. p. 215.

104. اطا Atâ. Ἰτέα. Salix.

Cf. غرب Gareb. — Avic. I. p. 138.

105. اطماط Atmât. Avellana Indica.

Nabathaeis رتة Retta, Indis فارج Fârech, Arabibus بندق هندى bunduk Hindi adpellatur, ubi videas. — Avic. I. p. 138.

106. اظفار الطيب Atsfâr Eltib. Ὄνυχες. Ungues odorati. Strombus lentiginosus. (Blatta Byzantina.)

Hali Ben Ahmed: Est res aliqua aromatica, nigra, unguibus similis. Ibn Redvân: Animalculum multigenere, cujus species aliquot in mari Arabico, aliae in mari Bassorensi, aliae in insulis Persicis et in Aegypto. Diosc. II. 10. — Avic. I. p. 128. Abum. p. 31.

107. اعين السراطين Oculi (lapides) cancrorum.

Cf. سناجسبوبة, Sanchasbujat, grana quaedam arboris nigra.

108. اغراطين (اغيرطن) Ἀγήρατον. Ageratum. Diosc. IV. 59. Galen. VI. 1. 6.

109. اغنس Ἄγνος. Vitex.

Cf. بنجكشت, Benchakesht.

110. اغيرس Αἴγειρος. Populus graeca sive nigra.

Cf. حور رومى, Haur Rumi.

111. اغرسطس Ἄγρωστις. Agrostis.

Cf. نجم Nachm et ثيل thil.

112. اغالوخى sive اغالوجى (اغالوخن Matr.) Ἀγάλλοχον. Agallochum. Lignum Aloes.

Cf. عود. — Vocatur et lignum Indicum et lignum suffitus (بخور). — Avic. I. p. 129.

113. اغليقى Γλεῦκος. Vinum coctum. Persice ميبختج, Maibachtech.

114. افيثمون Ἐπίθυμον. Epithymum.

Sunt, qui hoc vocabulum graecum et qui syriacum habeant. Diosc. IV. 176. Gal. VI. 5. 14. Abu Choraich Elrâheb, خريج الراهب: Optimum est rubidum et bene olens, quod ex insula adfertur Cretensi (اقريطس). Hobaish: Biliosis et melancholicis humoribus opponitur. Elsherif: Confert spasmis. Elgafeki: Lumbricos quinque vel decem drachmae ejiciunt. Paulus: Alia est epithymi species, quae eodem modo purgat thymbraeque circumvolvitur. ἐπίθυμβρον. Ego: Epithymum, quod olim atque hodieque adhibent medici, e Creta advehitur. Etc. — Avic I. p. 130. Abum. p. 24.

115. افسنتين Ἀψίνθιον. Absinthium (خشرق Arab.)

Elsherif: Planta lanuginosa, altitudine propemodum arborea, foliis albidis, flore parthenio simillimo, minore, albido, orbiculo luteo. Abu Obaid Elbakri: Planta foliis cineraceis, flore luteo, altitudine arborea. Ego: Haec species, quam Elbakri descripsit, Cahirae cognita est nomine دسيسة, dasisat, frequentissima; certiorque sum factus, Thebaidos incolas potionem hujus plantae habere remedium probatissimum ad morsus scorpionum. Diosc. III. 23. Abu Choraich: In plurimis reperitur regionibus: plerumque adfertur ex Persia et monte لكام Lakkâm. Absinthium Syriacum opti-

mum est. Gal. VI. 1. 75. Ruphus, روفس: Absinthium calefacit, levat, solvit, exsiccat caput, visum acuit, colorem faciei meliorem reddit lotiumque optime tingit. Sed multi absinthii usui adversantur. Hobaish: Potio biliosis convenit humoribus. Machhul: Haemorrhoides palpebrasqus induratas curat. Ahmed Ben Abi Châled: Galenus in libro suo ad Glauconem asserit, absinthium alvum adstringere et laxare. Ibn Samhun: Nunquam Galenus ea, quae Châled ipsum facit dicentem, est effatus. Liber experientiarum: Stomacho vires addit ciborumque adpetentiam adauget. Elsherif: Oleo junctum amygdalino morbis aurium confert. Diosc. V. 49. de vino absinthite. — Avic. I. p. 125. Abum. p. 24.

116. افيبقطيس Ἐπιπακτίς. Epipactis.

Diosc. IV. 107. Elgafeki: Refert Costâ Ben Lucas, esse herbulam foliis rutae similibus, pilosis, intubaceis, tres digitos longis, seminibus atriplicis (سرمق, sarmak) nigris, raro albis. Bibitur contra venena letalia. Efficacior radix. Crescit in locis humidis.

117. افيقوون Ὑπήκοον. Hypecoum.

Diosc. IV. 68. Gal. VIII. 20. 6. Elsherif: Consopit dolores.

118. افيون Opium.

Est lac sive succus papaveris nigri. Eltamimi: Genuinum quidem opium neque in Occidente neque in Oriente gignitur; indigena Aegypti et imprimis Thebaidos prope Asiut (اسيوت). Diosc. IV. 65.

Avic. I. p. 133. Chavâs Ben Mohraris (خواص مهراريس): Opium aceto junctum si asini naso illinitur, oculis lachrymantibus rudit. Alius: Succedaneum est semen hyoscyami. — Abum. p. 36.

119. افيميدون Ἐπιμήδιον. Epimedium.

Diosc. IV. 19. Gal. VI. 5. 15.

120. افيوس Ἄπιος. Apium.

Diosc. IV. 174. — Sunt, qui hanc plantam اشخاص et raphanum sylvestrem (فجل برى) adpellent.

121. افشرج Afsharach.

Succus expressus ex plantis, praesertim fructibus et vinum, quod ex ejusmodi succis expressis conficitur, velut pyrorum, pomorum, aliorum fructuum atque herbarum, quae suis quaeque locis memorabuntur.

122. افعى Afa. Vipera.

Gal. XI. 1. 1. — Elephantiasi viperarum carnes conferre, tradit Beithar historiis aliquot adjectis notae isti Galeni narratiunculae de viro elephanti obnoxio sanato potu vini, in quo vipera erat submersa, inter quas haec est: Similis elephantis sanatio successit in agro Murciano haud procul a patria mea. Laboraverat enim vir quidam eodem morbo balneoque uti volebat. Qui quum puellam pulcherrimam haberet concubinam, cui res suas commiserat, eam secum ad balneum duxit. Habitabant non ita procul a balneo in loco arido, viperis pleno, quarum una

in situlam apertam inciderat ibique erat mortua. Puella autem, optimo hoc modo se ab hero suo liberari posse rata, quum haud deessent, qui ipsam amarent, hero aquam illam epotandam propinat; itaque sanitatem praeter opinionem recuperat. Diosc. II. 18.

123. اقحوان Ukhuvân. Parthenium. Matricaria.

Quam plantam Arabes matricariam, Aegyptii nominant كركاش, Andalusii شجرة الكافور, plantam camphoratam, Ninivitae كافور. Duae sunt species, altera montana in frigidis montibus, hortensis altera. Diosc. III. 145. *παρθένιον*. Gal. VI. *ἀμάρακον*. Razes: Parthenii odor inducit somnum. Elbasri: Decoctio urinam pellit. Mosih Damascenus: Viscidos corrigit humores. Elsherif: Unguentum Venerem stimulat.

124. اقنثيون *'Ακάνθιον*. Acanthium.

Dumi genus in vallibus Andalusiis vocatum راس الشيخ caput senis. Radix calida, adstringens. Diosc. III. 16. Gal. VI. 1. 15.

125. اقثياقنثس *'Οξυάκανθος*. Oxyacantha.

Vocabulum graecum significat spinam acutam. Herbarii Andalusii hanc arborem حرموك (خبربوك Matrit.) adpellant. Diosc. I. 122. Gal. VIII. 15. 11.

126. اقطى *'Ακτή*. Sambucus.

Aliud hujus arboris nomen خمان Chamân

Persice سبوقة Sabbucat, Sambucus; tenera arbor نذقة. Ibn Samhun: Razes in libro Kafi كافى (خاوى?) dicit, sambucum esse remedium indicum speciesque duas esse cognitas شل et بل earumque vires esse resolventes. Diosc. IV. 171. Gal. VI. 1. 21.

127. اقننا اربيبقى Ἄκανθα ἀραβική. Spina arabica.

Cf. شوكة عربية.

128. اقننا لوقى Ἄκανθα λευκή. Spina alba.

Ita graece vocatur, arabice باذاورد bâdsâverd.

129. اقطن (اقطين Hamb.) Actin. Mungo. Lusit.

Genus leguminis, foliis phaseoli, baccis viridibus, quae paulo minores pisis. Cf. ماش, mâsh.

130. اكليل الملك Iklil Elmalek. Corona regia. Melilotus.

Is. B. Amrân: Herba foliosa, foliis viridibus, tenera, ramis subtilibus, flore luteo, seminibus parvis, rotundis, sinapi haud disparibus. Elgafeki: Multae meliloti sunt species; illa autem optima, quam Amrân describit. Alia species vocatur Carbuliat (قربولية), foliis plantaginis (لسان الحمل). Alii vero affirmant, melilotum Alexandrinum esse bene olentem ejusque folia porro (قرط) similia: odorem ficus edere, leniter aromaticum, florem esse luteum. Ego: Mea quidem aetate Alexandriae haec

species erat incognita; — Cahirae vero et Damasci eam habent cognitam; — locoque meliloti habent plantam, quae fructus cornibus bubulis fert similes. Diosc. III. 41. Galen. VII. 12. 8. Bedigoras: Meliloti succedaneum matricaria. Sofaien Andalusius: Tumoribus hepatis splenisque convenit. — Avic. I. p. 124.

131. اكليل الجبل Iklil Elchabel. Corona montana. Ros marinus.

Vulgaris planta Andalusiae, qua furnos calefaciunt, in montibus locisque asperis; Alexandriae colitur in hortis herbisque accensetur aromaticis; Cahirae opinantur, esse carum sive careum (قردمانا), in quo errant. Namque carum semen est et ros marinus herba. Et Elsherif quidem rorem marinum pro libanotide Dioscoridis (III. 79.) perperam habet. Galenus enim et Dioscorides roris marini plane nullam injiciunt mentionem. Elgafeki: Frutex ligno duro, floribus subcoeruleis sive albidis, foliis amaris adstringentibus, fructu duro nigris seminibus pleno. Urinam mensesque ciet; hydropi confert. Venatores et piscatores, posteaquam praedam exenteraverunt, rore marino ventrem infarciunt, ne vermiculi innascantur.

132. اكتمكت Iktamakt. Aetites.

Minhâch: Sunt hujus lapidis species diversae, unde modo حجر الولادة lapis parturientis, modo حجر العقاب lapis aquilae vocatur. Aristoteles: Venit ex India; in hoc lapide alius lapillus movetur, quando agitatur, quem Graeci aetiten nominant; quod lapidem significat, qui suppositus partum pro-

movet. Masuja vires ei tribuit paeoniae. Elgafeki: Dicit Kosufrates (كسوفراطس?), hujus lapidis, quem Graeci aetiten vocant, quattuor esse species: primam inveniri in Arabia felici, gallae similem, nigram; secundam in Cypro, lapillo sive nucleo majore Arabico, molliore, arena saepius admixta; tertiam in Armenia (لوبنة?), parvam, colore arenaceo, lapillo molli, albo, facile fragili; quartam in agro Antiocheno, albam, rotundam; aquilas hunc lapidem in nidum gestare ad partum promovendum atque inde derivari nomen. Elsherif: Dextra qui hunc lapidem tenent, invicti e pugna egrediuntur. — Avic. I. p. 136. Abumans. p. 31. Diosc. V. 160.

133. اكر البحر Okr Elbahr. Pilae marinae.

Abulabbas Elnabâti: Est corpus lanuginosum, quod in profundo mari nascitur, foliis asphodeli, mitibus, longis, radice cyperi. Corporis massa rotunda, ad radicem nigra, pomorum aurantii magnitudine. Ejicitur e mari procellis agitato. Radix usta pulveri dentifricio adhibetur.

134. اكمو بران Ikmubarân. Verbena. (اكمودان Hamb.)

Cf. رعى الحمام pastus columbinus. *περιστερεών.*

135. اكرار. Ikrar. Heliotropium.

Abul. Elnabâti: Haec planta fructu destituta vocatur طرنشولى, tornasol (Hisp.), fructifera

نبيوم. Ego: Apud Syros vocatur صامر يوما, quod vocabulum videas.

136. اكل نفسه Akil nafsih. Exesor sui ipsius. Euphorbium.

Cf. الفربيون.

137. البج (البيح Matrit. النج Hamb.) Elbach.

Ibn Redvan: Radices albae, punctis nigris distinctae, quae ex India adferuntur. Vocantur et دوا الشرى remedium[1]) epinyctidum. Medentur tertianis. — Amon in versione Hispanica pro لباخة Persea habet. cf. Abdollat. ed. Sacy. p. 49. et sqq.

138. اللبنى Ellobna. *Οἰνάνθη*. Oenanthe.

Elsherif: Graece haec planta significat الاهالى(?). At equidem eam daucum esse puto neque aliud ei indam nomen. Diosc. III. 125.

139. الاومالى *Ἐλαιόμελι*. Elaeomeli.

Graece significat mel oleosum; apud alios audit mel Davidis. Diosc. I. 37.

140. الاطيبنى *Ἐλατίνη*. Elatine. Lupulus.

Cf. لبلاب الماجوسى Convolvulus magicus. In Andalusia nostra adpellatur سحمية et ab aliis سراويل الظلول, seràvil eltsolul. Diosc. IV. 40. Gal. VI. 5. 5. Liber experientiarum: Labia juvat ulcerosa.

---

1) Plin. XX. 6. epinyctides — pustulae liventes et noctibus inquietantes.

141. الوبن *Ἄλυπον.* Alypum.

Diosc. IV. 177. Elgafeki: Dicit patriarcha in versione sua operis Galeni, alypum nasci in littoribus, calefacere et purgare.

142. الاسفاقس *Ἐλελίσφακον.* Salvia.

Diosc. III. 35. Nicolaus monachus asserit, graece significare linguam cameli. Fallitur tamen, elelisphaco confuso cum elaphobosco (رعى الابل). In Andalusia vocatur شالبية (Salvia) et ناعمة. Gal. VI. 5. 8. Ibn Cholchol: Qui salviam in ore tenent, melius faciunt verba. Dios. V. 71. de vino e salvia.

143. الية Eljat. Cauda ovis vel arietis adiposa.

Avicenna et Masuja: Alimentum pravum, durum, quod difficile concoquitur.

144. الانبون *Ἑλένιον.* Helenium.

Cf. راسن. Elgafeki in libro suo de theriaca Galeni refert, helenium provenire in terra امة. Vocatur in Andalusia بقلة الرماة, herba sagittariorum, quam vide.

145. الاطى *Ἐλάτη.* Abies.

Arbor pino similis, resinosa. Auctor libri de agricultura Graecorum dicit, esse nucem pineam ejus fructum, amygdalae similem.

146. الب Ilb.

Abu Hanifa: Arbor citreae similis, sed mi-

nor et spinosior, foliorum aliarumque partium succo venenata et lethalis. Ibn Nosaim (نسيم): Leones si hujus arboris medulla foliisve carnibus adpositis vescuntur, obcaecantur surdique fiunt.

147. املج Amlech. Emblicae.

Is. B. Amrân: Fructus baccati nigri, nucleis praediti, oculo bubulo similes, styptici, qui ex India veniunt. Fructibus solis sine nucleis utuntur. Hobaish: Vires habent easdem cum myrobalanis اهليلج, Ihlilech. Lacte conditi شيراملج vocantur, Mâserchuja: Adstringunt, capillorum radices ac stomachum roborant. Chark (شرك, Charaka) Indus: Calefaciunt et sunt domini medicinarum. De virtute emblicarum etiam citantur Mosih, Masuja, Bedigoras, Judaeus, Avicenna, Elsherif, Liber experientiarum. — Avic. I. p. 128. Abumans. 23. — Emblica officinalis Gaertn. Phyllanthus Emblica Lin. Spreng. hist. rei herb. I. p. 223.

148. امبرباريس Berberis.

Persice زرشك. Reperitur in Hispania, Graecia, agro Damasceno, terra sancta in montibus Bairutensibus (ببيروت) et Balbecensibus ببعلبك. Pharmacopolae Cahirenses et Damasceni fruticem Graecum habent optimum. Liber de agricultura: Arbor fructu parvo, puniceo, acerbo. — انبرباريس Avic. I. p. 131. Abumans. p. 17.

149. امبروسيا Ἀμβροσία. Ambrosia.

Diosc. III. 119. Gal. VI. 1. 27.

150. امدريان Amedriân.

Frequens in terra sancta et Charam (جرم) atque in coemeteriis portae orientalis Damasci ejusque vicinia. Primo aspectu videtur esse capparis. Hobaish: Succus robur addit hepati et tumores dissolvit. Abul. Elnabati: Epotus morsui scorpionum et viperarum medetur; leucomata dispellit.

151. امسوخ Amsuch.

Planta nodosa foliis fere olivae, fructu rubro, adstringente, amaro. Est species اذناب الخيل, caudarum equinarum, quae arabice dicitur انابيب Anâbib, persice ساله Sâla. Elgafeki: Duae sunt species, major et minor. Minor habet ramos duros, folia olivae, truncum crassum lignosum; flore fructuque caret; radix lignea; provenit in locis petrosis. Decoctio adstringit et confert herniis morbisque renum et vesicae. Cocta cum ficis tussim mitigat. Pulvis inspersus vulneri celerius inducit cicatricem.

152. اماريطن (امارنطن?) *Ἀμάραντον*. (*Ἑλίχρυσον* sive *Χρυσάνθεμον*. Paris. mg.) Amaranthus.

Plurimi auctores pro specie parthenii habent easdemque ei tribuunt vires; equidem autem pro specie abrotani (قيصوم, kaisum) habeo. Diosc. IV. 57. Gal. VI. 1. 29. *ἀμάραντος*.

153. ام وجع الكبد Om vachia elkibd. Mater dolentis hepatis.

Ahmed Ben David: Herba parva, portula-

cae similis, flore fusco, rotundo, qua oves pascuntur. Succus doloribus hepatis biliosisque humoribus convenit.

154. أم غيلان. Om gilân. Spina Aegyptia.

Elnabâti: Est nomen spinae arabicae (سمر Samr) dicitque Abu Hanifa, vulgo ita appellari arborem quandam proceram (طلح talh, acacia). — Avic. I. p. 132.

155. أم الكلب Om elkalb. Mater canis.

Abulabbas Elhâfez (حافظ): Arbor montana, flavens, cubitalis, foliis ligustri, latioribus, leviter asperis, flore luteo tithymalo (يتوع) simili. Ego: Nascitur in Aegypto et exportatur ex provincia Cahirensi et Raka Musa (ركع موسى). Succi drachmae duae cum oleo potatae viperarum scorpionumque venena vomitu evacuant.

156. أمعا Amaâ. Intestina.

Razes in libro de alimentis noxiis: Coquenda non sunt cum albo cibario (quod ex carnibus, cepis, oleo, butyro et caseo sicco componitur), sed cum ferculo, cui nomen النفايق.

157. انجبار Anchabâr.

Elgafeki: Planta scansilis, quae rubis implicat palmites, in ripis Euphratis frequens, foliis trifolii, pulverulentis; caulibus rubentibus; flore rubro; radice polypodii, profunde in terram defixa, ruberrima, styptica, e cujus corticibus degluptis succus exprimitur rubicundus ut succus mororum, qui

ad drachmam propinatur. Cum saccharo syrupus ex eo paratur. Est remedium praestantissimum haemorrhoidum, alvi fluxionum sanatque ulcera.

158. اناغورس *'Ανάγυρος.* Anagyris.

Arbor, quae in Aegypto adpellatur حب الكلى, (Hab elkola); crescit in Aegypto atque Italia. Diosc. III. 157. Gal. VI. 1. 40.

159. انثليس *'Ανθυλλίς.* Anthyllis.

Diosc. III. 143. Gal. VI. 1. 46.

160. انجدان Enchudân. Laserpitium sive Silphium. Ferula assa foetida.

Medici nonnulli folia arboris laserpitii esse dicunt sive assae (حلتيت hiltit) atque hiltit (assa, laser) verum ejus resinae est nomen. Is. B. Amrân: Duplex est species assae: alba, quae et alimentum et remedium est cujusque radices محروث, mahrut, vocantur; altera nigra. Abu Hanifa eadem fere habet. Mohammed Ibn Abdun (عبدون): Crescit in Babylonia atque oleribus adnumeratur. Abu Obaid el Bakri: Species nigra ejusque succus male olent Indisque هنك, Hink, nominatur. Diosc. III. 84. Gal. VIII. 18. 16. — Avic. I. p. 130. Abumans. p. 20. Reiske Observat. med. ex Arab. monum. (Lugd. Bat. 1746.) p. 15.

161. انيسون *"Ανισον.* Anisum.

Diosc. III. 58. Gal. VI. 1. 48. Razes: Hydropes et ventositates resolvit. Honein: Adhibe-

tur ad collyria in epiphora. Liber experientiarum: Gingivas putres roborat. — Avic. I. p. 125. Abumans. p. 21.

162. انجرة Enchurat. Urtica.

Synonyma sunt قريص (korrais) et حريق (horraik) ab urendo. Soliman Ben Hasan: Planta foliis asperis, flore luteo, aculeis parvissimis, qui oculis vix conspiciuntur, tacti vero cutem urunt et colorant. Duae sunt urticae species, major et minor. Diosc. IV. 92. *ἀκαλύφη*. Gal. VI. 1. 13. Machhul: Seminum urticae drachmae duae cum syrupo purgant. Liber experientiarum: Semen calculos renales sanguinisque coagula solvit. — Avic. I. p. 133. Abumans. p. 27.

163. انغرا *Ὄναγρα*. Onagra.

Diosc. IV. 117. Gal. VIII. 15. 6. Ruphus in libri sui de melancholia tertio capite dicit, onagram aeque ac vinum exhilarare animum.

164. انف العجل Anf Elichl. Nasus vituli. *Ἀντίῤῥινον*. Antirrhinum.

Diosc. IV. 131. Gal. VI. 1. 49.

165. اندروصارون *Ἡδύσαρον*. Hedysarum.

Diosc. III. 136. Gal. VI. 7. 2.

166. اندهمان Andhimân. (انداهيمان Gol. Lex.)

Razes: Medicamentum vulgare Carmanicum ad cohibendas et alvi et alias fluxiones, cujus succedaneum bolus Armena cum malicorii et santali albi semisse. Bedigoras: Ventrem detinet.

167. اندروطاقس 'Ἀνδρόσακες. Androsaces.

Est leguminum genus piso simile, quod apud Arabes multis gaudet nominibus v. c. ملاح mullâh. Diosc. III. 140. Gal. VI. 1. 42.

168. انبطرون (انبطرون Codd. vitiose. V. Gol. Lex.) Ἔμπετρον. Empetrum.

Diosc. IV. 178. Gal. VI. 5. 13.

169. اناغاليس 'Ἀναγαλλίς. Anagallis.

Diosc. II. 209. Gal. VI. 1. 39. Oribasius (اريباسيس): Potio anagallidis cum succo thymi et sinapi hirudines e faucibus ejicit. Elzahrâvi: Gargarisma anagallidis hirudines interimit.

170. انفس النفس Anfas Elnafas.

Elsherif: Adpellat hanc plantam Ibn Rachiat hatamen (حاطامن). Est annua, foliis erucae, flore luteo. Apes ea delectantur. Lac auget, exhilarat.

171. انقون Incun. Rosa foetida.

Cf. ورد منتن.

172. انقراقون Encarâcun. (انقوافون Hamb. انقوانقون Gol.).

Medicamentum Persicum, quod singulari pollet exhilarandi facultate, unde etiam خرم (Chorrem. Pers.) et مريحة Arab. adpellatur i. e. exhilarans. Avic. I. p. 137. اقفراسفون.

173. انزروت Anzarut. Sarcocolla.

Diosc. III. 89 Gal. VIII. 18. 4. Eltabari: Articulis luxatis confert inuncta. Ibn Masuja: Pituitam solvit viscosam. Hobaish: Remedium fortissimum, carnes ulcerum fungosas exedit et pituitam bilemque evacuat. Ego: Medici vulgo existimant, parvas tantum hujus medicamenti adhiberi posse doses; sed vidi Aegyptias mulieres majores doses unciae unius duarumve assumere illaesas cum cucurbitis, quando balneis exeunt, sibique persuadere comperi, ipsas obesas et corpulentas ita evadere. — Avic. I. p. 127. Abumans. p. 36.

174. انفحة Infahat. *Πιτύα.* Coagulum.

Gal. X. 11. Diosc. II. 85. Honein: Coagulum cuniculi conceptionem impedit et cum aceto epilepsiae confert. Athursofos (اطهورسفس!): Coagulum leporis cancrorum est unguentum. Eltabari: Mulier gravida si leporis maris coagulum potaverit, masculum edet foetum; sin feminae, feminam. Elisraili: Coagulum onagri cum aceto hydropi incipienti convenit. Gal. X. 12. de coagulo phocae. — Avic. I. p. 128. انفحة. Abumans. p. 19.

175. انبج Anbach. Fructus conditus arboris Indicae.

Cum melle ex hoc fructu conficitur conserva. Abu Hanifa: Arbor indigena in Arabia haud procul a loco Amân (عمان). Duplex fructuum color et amygdalarum et prunorum acidusque sapor ut uvae Damascenae (موز mauz).

176. السودا انتلة Antolat Elsudâ. Zedoaria nigra.

Vocatur in Andalusia جدوار Cheduar habetque folia coriandri et multos radicum ramulos; habitat in montibus. Ibn Elkenâni (كنانى): Mihi est narratum, in monte aliquo prope Zaragozam ex una radice duas provenire herbas; alteram vocari طوارة (φϑοϱὰν), napellum eamque esse venenum lethale, aliam انتلة, illius antidotum. Avicenna eam adpellat ترياق البيش, antidotum napelli.

177. البيضا انتلة Antolat Elbidâ. Zedoaria alba.

Frutex humilis, qui Andalusiis فهبق (قيهق Gol. Lex.) nominatur, foliis sennae, odore acri, aromatico, flore subflavo. Folia contra tormina flatusque praescribuntur.

178. اندراسيون Vox Syr. Andrasiun. Peucedanum. Diosc.

Latini ita nominant suffitum Gordiaeum (بخور الاكراد), qui apud Andalusios audit يربطورة, Jarbaturat.

179. انب Anab. Melongena.

Cf. بادنجان, Bâdinchân.

180. انجوك Gol. Anchuk. (انحرك Matrit. Hamb.) Sampsuchum. Majorana.

Cf. مرزنجوش Merzenchush.

181. انقرديا *'Ανακάρδια.* Anacardi. Fructus Indici.

Cf. بلادر, balâdor (vox Indica).

182. انجدان رومى Anchudân graecum.

Cf. سيسالبوس, Seseli.

183. انتوتبا Endivia.

Ibn Masa (ماسة): endivia Damascena, latifolia.

184. انبوب الراعى Virga pastoris.

Cf. عص الراعى et مزمار الراعى: Mosih: Est species sempervivi (حى العالم).

185. اناكير Anâkir.

Secundum Honein ita vocatur anagyris, de qua antea erat sermo.

186. انفاق Onfâk. *'Ομφάκιον.* Omphacium.

Est succus uvae acerbae, nondum maturae.

187. انجسا *"Αγχουσα.* Anchusa.

Cf. شنجار Shunchâr. — Avic. I. 135. ابوجلسا.

188. انبالس *"Αμπελος.* Vitis vinifera.

Cf. كرم.

189. انبالس اغريا *"Αμπελος ἀγρία.*

190. انبالس لوقى *"Αμπελος λευκή.* Vitis alba.

Est etiam bryonia, فاشر fâshir.

191. انبالس بالبا Ἄμπελος μέλαινα.

Genus vitis albae scansile. Cf. كرمة سورا sive فاشرشين, fâshirshin.

192. اهلال قسطا Ahlâl costa. Costus hortensis seu Mentha saracenica.

Elgafeki: Est planta odorifera, aromatica, quae in cubiculis colitur, floribus ex albo viridibus.

193. اواقنتوس Ὑάκινθος. Hyacinthus.

Sunt, qui hanc plantam حدقى nominent. Diosc. IV. 63. Gal. VIII. 20. 1.

194. اونوبروخيس Ὀνοβρυχίς. Onobrychis. Diosc. III. 160. Gal. VIII. 15. 8.

195. اونوما Ὄνοσμα. Onosma.

Est species anchusae (شنجار). Diosc. III. 137. Gal. VIII. 15. 7.

196. اوبغلضين Ὑπόγλωσσον. Hypoglossum.

Ibn Cholchol: Ita nominantur multorum animalium linguae. Diosc. IV. 130. Gal. VIII. 20. 7.

197. اوز Ivaz. Anser.

Eltamimi: Alimentum commendabile, quod bonos creat humores.

198. اوبوطيلن Aubutilon. (اونوطيلون Gol. Herbae vulnerariae species.)

Avicenna: Est planta similis cucurbitae. Avic. I. p. 137. اوبوطيلون cf. Gol. Lex. p. 192.

199. اولستيون Ὁλόστιον. Holostium.

A botanicis Andalusiis vocatur جبر et جبرة. Diosc. IV. 11. Gal. VIII. 15. 4.

200. اوسيد Usid.

Razes: Species Nenupharis Indici, quae calefacit et exsiccat. Elbalsi (البلسى): Herbarii Afri dicunt, solvere drachmam unam ventositates. — Avic. I. p. 138.

201. اوقيمونداس Ὠκιμοειδές. Ocimoides. (اوقيمويداس Gol.)

Significat plantam, quae ocimo (باذروج) est similis. Vulgaris est in Africa et frequentissima in monte Macus (ماكوس) Tunetano, ubi ipse eam collegi. Ab Afris botanicis appellatur لسبيعة. Diosc. IV. 28. Gal. VIII. 24. 2.

202. اوسيرس Ὄσυρις. Osyris.

Diosc. IV. 141. Gal. VIII. 15. 19.

203. اوروبنجى Ὀροβάγχη. Orobanche.

Vocatur etiam خانق الكرسنة et اسد العدس Leo lentis, Cahirae هالوك, qui vicinas plantas omnes perimit. Lenti est similis. Latinum ejus nomen طرانيث tharâthith. Diosc. II. 171. Gal. VIII. 15. 15.

204. اوفاديا Aufâdiâ.

Est succus cucumeris asinini (قثاء الحمار, kinnâ elhimâr.)

205. اوراسالينون 'Ὀρεοσέλινον. Apium.

Cf. كرفس, karafs.

206. اوليذا (Gol. اوليرا) Ὄλυρα. Olyra.

Est genus tritici, duplici grano in eodem cortice, quod Arabiae felicis incolae كنيب, kenib, vocant, quod videas.

207. اوقيمون Ὤκιμον. Ocimum.

Nomen graecum. Cf. باذروج.

208. اودر Ὕδωρ. Aqua.

Nomen graecum aquae, de qua alio loco disseram.

209. اونومالى Οἰνόμελι. Mulsum.

Graece vinum cum melle mistum ita vocatur. Diosc. V. 16.

210. اونيا (اوتنا Gol.). Ὀθόννα. Othonna.

Diosc. II. 213.

211. ايماروقالس Ἡμεροκαλλίς. Hemerocallis.

Est سوسن اصفر Lilium flavum sive سوسن خطايى Lilium Chataicum. Mihi vero hanc plantam ostendit Sharef, judex illustris (شرف القاضى الفاضل), quam Damasco Cahiram secum tulerat. Diosc. III 127. Gal. VI. 7. 3.

212. ايمونيطس Ἡμιονῖτις. Hemionitis.

Diosc. III. 142. Gal. VI. 7. 4.

213. ايرابوطانى Ἱερὰ βοτάνη. Verbena. Diosc. IV. 61. περιστερεών.

214. ايثوفيس Αἰθιοπίς. Aethiopis. Diosc. IV. 103.

215. ايداريذا Ἰδαία ῥίζα. Idaea radix. Diosc. IV. 44. Gal. VI. 9. 1.

216. ايديقون (pro انديقون). Ἰνδικόν. Indicum.

Est species purpurae (فرفير ferfir.) Diosc. V. 107.

217. ايريغارن Ἠριγέρων. Senecio.

Herbarii Andalusii hanc plantam بربا (شربا Gol.) vel شبح الربيع appellant. Diosc. IV. 95. Gal. VI. 7. 5.

218. ايرسا Ἶρις. Iris.

Est radix lilii (سوسن). Galenus hanc plantam omisit. Diosc. I. 1. Avic. I. p. 132. Razes: Succedaneum est mezereum cum lacte لقاح (floris palmae). — Abumans. p. 30.

219. ايهقان Ihacân. Eruca.

Dicitur esse جرجير, Chirchir, eruca sylvestris. Elnabâti: Planta vulgaris in Arabia, in vallibus Arusiis (عروس) frequens, atriplici similis, sinapeos sapore. Abu Hanifa eadem de hac planta refert.

220. ايدع Aidah. Sanguis draconis.

Cf. دم الاخوين. Abu Hanifa eldainuri

(الدينورى): Est arboris lachryma (gummi) rubra, quae ab urbe Scutari (سقطرا) Slavoniae affertur et vulnera sanat.

221. ايل Ijal. Cervus.

De carnibus cervinis Galenus, Avicenna, Razes et Dioscorides laudantur, de sanguine et pelle Dioscorides. Avenzohar: Cornu cervi limatum cum aceto leprae conducit.

Litera Be.

1. بابونج Bâbunech. *'Ανθεμίς.* Chamaemelum. Chamomilla.

Diosc. III. 144. Ego: Chamaemelum Dioscoridis albis est floribus, quod Cahirenses كركاس et Andalusii المقارحة (Gol. مفرحة exhilarans) nominant, quod ex latino repetendum est sermone nomen, (?) Afri اقحوان, parthenium, raroque hac herba utuntur, saepius herba يابوق Elnabati: Iâbuc est optima species, quae in Hispaniam transvecta hodiedum ibi invenitur. — Avic. I. p. 139. Abu Mans. p. 42.

2. باذرنجبويه Bâdserenchebuje. *Μελισσόφυλλον.* Melissa. Citrago.

Vocabulum Persicum, quod significat citri odorem. Apud Hispanos huic herbae nomina sunt بقلة الاترجية, Olus citrinum, et ترنجان. Galenus

hanc herbam omisit. Planta est, quae animi tristitiam exhilarat. Diosc. III. 108. Avic. I. p. 144. — Abu Mans. p. 40.

3. باذورد Bâdseverd. *Ἄκανθα λευκή.* Spina alba.

Diosc. III. 11. Gal. VI. 1. 16. Elmachusi, ماجوسى: Radix in diuturnis et malignis febribus adhibetur. Machhul: In tinea illinitur. Avic I. p. 140. Abu Mans. p. 43.

4. باذروج Bâdseruch. *Ὤκιμον.* Ocimum. Basilicum.

Synonyma sunt حوك et ريحان روحانى. Herba vulgo nota. Dios. II. 170. Gal. VIII. 24. 1. Avic. I. p. 146. — Abu Mans. p. 39.

5. باقلى Bâkila. *Κύαμος ἑλληνικός.* Faba graeca.

Gal. VII. 10. 59. Diosc. II. 127. Avic. I. p. 148. Paulus. Niunius (نيونيبوس?) in libro de agricultura Persica: Faba debilitat memoriam somnumque aufert, flatus gignit. Si gallinae iis vescuntur, ova amplius non pariunt. Costus, قسطس: Faba tristitiam adfert et animum demittit. Liber experientiarum: Mixta cum ورش (calculo vesicae felleae vaccarum) emollit palpebrarum indurationes. — Abu Mans. p. 37.

6. باقلى قبطى *Κύαμος Αἰγύπτιος.* Faba Aegyptia.

Cahirae cognitae sunt nomine dactylorum viridium (جامسة). Diosc. II. 128.

7. بان Bân. *Βάλανος μυρεψική.* Glans unguentaria. Hyperanthera Moringa.

Abu Hanifa: Arbor excelsa, tamarici similis, ligno levi, ramis viridibus, medulla farctis; fructus siliqua, viridissima, pisis albis fuscisve repleta, pistaciis similibus; oleum exprimitur e fructibus diffissis, putaminibus molitis et cribratis. Diosc. IV. 157. Gal. VI. 2. 1. Avic. I. p. 139. — Abu Mans. p. 44. Spreng. hist. rei herb. p. 261. Forsk. Fl. Aeg. p. 76.

8. بادنجان Bâdenchân. Melongena.

Vocabulum Persicum. Arabice بذنج, وعد, انب, معد. Razes: Stomacho conducit, nocet capiti. Avic. I. p. 144. — Abu Mans. p. 38.

9. باخروجى Bâchiruchi.

Planta in arido et duro solo ad tria cubita excrescens, foliis rugosis, flore leviter rubro, cui grana succedunt nigra, ciceribus paulo minora et molliora. Adstringit, haemoptysin compescit.

10. بامية Bâmia. Hibiscus ficulneus et esculentus.

Herba pentagona Aegyptiaca ejusque fructus semenve edule. Elnabati: Fructus durus, niger, orobinus, dulcis, qui cum carnibus coctus editur. — Abdallat. p. 16. 37. Spreng. hist. rei herb. p. 222. Prosp. Alp. de pl. Aeg. p. 44. Forsk. Fl. Aeg. p. LXX. CXVII.

11. بادزهر Lapis Badzahar.

Nonnulli nostratium medicorum nominant Bazahar duas res, quae contrariae sunt indolis et natu-

rae. Aristoteles: Lapidis color varius, flavus, cinereus, glaucus, albidus. Antidotum venenorum. Gemma, quae e Sina Indiaque adfertur. In pala annuli gestata venenosa animalia fugat. Ibn Mohammed Elhâseb, الحاسب: Soli expositus lapis sudorem manat; qui si lambitur, malignis febribus et ophthalmiis confert. Ibn Chomia, جميع: Hic lapis in corde cervorum invenitur.

12. باطاطيس (باطاسيطيس Conj.) *Πετασίτης*. Par. mg. Petasites.
Diosc. IV. 106. Gal VIII. 16. 15.

13. باريكلومايين *Περικλύμενον*. Periclymenon.
Elnabati: Sunt, qui habeant صرية الجدى (صريمة Ibn Beith. in lit. ص.) Sed errant. In montibus Andalusiis ejus nomen est عينية et ذات الاعين. Diosc. IV. 14. Gal. VIII. 16. 13.

14. باطانجى *Κατανάγκη*. Catanance.
Diosc. IV. 132.

15. بابلص *Πέπλος*. Peplus seu Papaver spumeum خشخاس زبدى.
Diosc. IV. 165. Gal. VIII. 16. 9.

16. باطس *Βάτος Ἰδαία*. Rubus Idaeus.
Cf. عليق Ollaik.

17. بارود Bârud. Lapis seu flos lapidis Asii.
Aegyptiis est ثلج صينى, nix Sinensis. Cf. اسيوس.

18. بادامك Bâdâmek. Salicis species.

Arbor Hispanica, nota nomine نفس (بيبن Gol.) et صفصاف, e cujus ramis crates plectuntur.

19. بازرود (بادرد Hamb. بارزد Gol. Bârzed.). Gummi Galbanum.

Cf. قنة kinna.

20. باروق Bâruk. *Χαλβάνη*. Cerussa.

Tunetanis hoc nomine vocatur cerussa. cf. اسفيداج. — In Cod. Hamb. post verbenam ponitur.

21. باباری Bâbâri. *Πέπερι*. Piper nigrum. Cf. فلفل fulful.

22. بارنج Bârench. Coccus.

Cf. النارجيل Nux indica major.

23. بارسطاريون *Περιστερεών*. Verbena. Cf. رعى الحمام Pastus columbinus.

24. ببرالة Bobrâlla. Aristolochia longa.

Nomen est berbericum Aristolochiae longae. Cf. زراوند طويل.

25. بتع Bita. Mulsum.

Vinum ex recentibus dactylis paratum. Cf. reliqua vina.

26. ببحم (باحم Cod. Hamb.) باجم Gol. Bachm. Potus e dactylis sive fructibus arboris Aegyptiae انل, tamarisci. Cf. انل.

27. ببح (بخ Cod. Hamb. بج, buch, Gol.). Arbuti fructus. *Κόμαρος*.

Nomen Africum fructus arboris قطلب. Cf. Spreng. ad Dios. I. 175.

28. بخور مريم Bachur Mariam. Suffitus Mariae. *Κυκλάμινος*. Cyclamen.

Diosc. II. 193. Gal. VII. 10. 60. — Abu Man. p. 44.

29. بخور مريم اخر Alia species ejusdem plantae.

Ibn Elhaishem, هيشم: Planta foliis gramineis, caule cubitali, subtili, capitulis (umbellis?) luteis, anetho similibus. Mulier, quae hujus plantae fert radicem, non concipit.

30. بخور الاكراد Suffitus Gordiaeus. Peucedanum.

Cf. يربطورة Jarbatura, et اندراسيون.

31. بخور البربر Suffitus Berbericus.

Planta sarmentitia, quae una radice alte demergitur, per terram diffundens plurima filamenta, foliis tenuibus, rotundis, inter quae tenuissimus flos albicans prodit. Cf. سرغنت.

32. بختج Persic. Buchtech. Decoctum. Cf. مطبوخ

33. بدسكان et بداسكان Badâsicân?

(Gigg. Simplicis medicinae genus. alii referunt ad براسقان). Planta calidae siccaeque qualitatis nimiae opponitur humiditati.

34. بذن (بدة cod. Hamb.)?

Elgafeki: Planta, foliis apertis coriandro similibus, ramos ex eadem radice plurimos emittit; male olet; provenit inter segetes. Unguentum verrucas exedit.

35. بدليون Bdellium.

Graecum vocabulum significat quietem leonis. Cf. مقل, mokl.

36. برنجاسف Berenchâsef. Pers. Ἀρτεμισία. Artemisia.

Arabice شويلا, Shavila. Diosc. III. 118. Gal. VI. 1. 62. Elgafeki: Flores lutei majorem albis virtutem habent in obstructionibus febribusque tertianis. — Avic. I. p. 141.

37. پرسیاوشان Pers. Persiâvushân. Ἀδίαντον. Adiantum. Capillus Veneris.

Multa apud Arabes ei sunt nomina, inter quae est كزبرة البير, quia folia coriandro habet similia. Diosc. IV. 134. Gal. VI. 1. 7. Razes: Cum aceto oleoque illitum tineam capitis sanat. — Avic. I. p. 146. Abu Mans. p. 42.

38. بردى Berdi. Πάπυρος. Papyrus.

Soliman Ben Hasan: Tritiora sunt nomina خوص et فرفير. Herba aquatica, foliis palmis similibus, scapo excelso viridescenti sive albido, ex quo papyrum conficitur, quod ustum in medicamentorum formulis praescribitur. Elnabati: Dioscorides hanc herbam jam descripsit; provenit etiam inter segetes, capitulis allio porrove similibus. Aegyptii olim chartam ex hac planta ita parabant, ut me-

diam a summo ad imum diffissam atque in laevi tabula, partibus iterum conjunctis, expansam obducerent loti aegyptiacae fructus in aqua soluti liquore siccatasque has laminas laevigarent. Diosc. I. 115. Gal. VIII. 16. 3. Soliman Ben Hasan: Combustum papyrum pulvis est dentifricius. Minhach: Sanguinis profluvia cohibet. — Avic. I. p. 148. Abu Mans. p. 47.

39. برطانيقى Βρεταννική. Britannica.

Diosc. IV. 2. Gal. VI. 2. 16. — Avic. I. p. 146.

40. برنج Bernech sive برنق (برنك Avic.) sive ابرنج.

Isaac Ben Amran: Persice ita vocantur grana parva, rotunda, laevia, maculis nigris albisque distincta, odoris expertia, amara, Sinensia. Avic. I. p. 145. Hobaish: Lumbricos ejiciunt. — Abu Mans. p. 45.

41. بربينة Berbina.

Elgafeki: Planta foliis asperis, e viridi nigricantibus, cinereis, caulibus teneris, tetragonis, flore coriandri. Pituitam vomitu evacuat et ventositatem solvit.

42. برقا مضرا? (برما مصر et برسبانا Cod. Hamb. Trifolium Aegyptiacum?)

Liber de agricultura: Planta Cahirensis, quae exeunte mense Majo seritur, foliis sinapeos, sapore acri foeniculi, seminibus viridibus, bene olentibus jucundique saporis. Semina stomacho et hepati conducunt, ebrietatem dissipant, haemorrhoides sanant.

43. برقاكطرا? (برنانطو Cod. Hamb.?). Gummi nucis Romanae. Amon.

Cf. كوهبان? (اللوبهان cod. Hamb.) Elgafeki: Semina, quae mense Julio sine floribus proveniunt; stomachum roborant. Sunt frequentia in hortis Babyloniis; vitae spiritus excitant.

44. برنوف Bernuf. Arbor Aegyptiaca.

Eltamimi: Arbor procera Punicae similis, foliis mespilinis sive aronicis, sed magis lanuginosis et pulverulentis, cinereis, odorem suffitus Mariae (cyclaminis Nr. 28. ب.) spirantibus, inter quae florum luteorum pendent racemi. Folia porriguntur in eclampsia atque epilepsia infantium.

45. برد وسلام Berd Vasilâm. Plantago.

Cf. لسان الحمل Arnoglossa.

46. برهليا Nux Indica. Coccus.

Cf. رانج.

47. برشاذدارو (برساندارو Hamb.) Virga pastoris.

Cf. Virgam pastoris.

48. بروانيا Bryonia. Vitis alba.

Cf. فاشر.

49. برنجمشك Berenchamisk. Species ocimi. Muscus Francicus sive Europaeus? Gol.

Cf. حبك قرنفلى, Ocimum caryophyllatum.

50. برغشت Bergesht. Genus oleris sylvestris.

Cf. قنابرى sive شجرة البهق.

51. بربر (بربر Berir. Gol.). Ἄρακος. Aracus. Cf. الاراك.

52. برغوثى Berguthi. Psyllium, Pulicaria. Cf. بزرقطونا.

53. بر. Bur. Triticum.

Cf. حنطة, hinta.

54. برنيس (برييس) Bernis. Quercus species. Cf. بلوط

55. برقوق Bercuc. Βερίκοκκα Sym. Seth. πραικόκκια. Graecit. med. Albaricoque Hispan. Aprikose Germ. Malum Armeniacum. Cf. مشمش, Mishmish.

56. برهفانج Berhafânech.

Arbustum quoddam. Est مرماخور, marmâchur, quod videas. — Avic. I. p. 206. مرماحور.

57. برم Baram. Mimosa flava?

Flores arboris سبط, Sebet, suaveolentes, in hortis Bagdadensibus frequentis. — cf. Abdallat. p. 124.

58. برواق Barvâk. Asphodelus.

Cf. ختا. Conjicio خنثا.

59. بزرقطونا Bezeroctuna. ψύλλιον. Psyllium. Persice افسيوس (اسفيوش Gol.); Graece فسليون. Dios. IV. 70. Gal. VIII. 23. 2. Hobaish: Semina in febribus biliosis acutis proficiunt. Avicenna: Sitim sedant. Ahron Elcas,

اهرن القس: Contraria sunt ventris doloribus, diarrhoeae, cephalalgiae. Razes: Nonnunquam syncopen lethalem adferunt; atque tunc antidotum est piper nigrum et cerussa. — Avic. I. p. 142. Abum. p. 40.

60. بزر الكتان Bazr Elkattân. *Λινόσπερμον* Par. cod. mg. Semina Lini.

Gal. VII. 11. 17. Diosc. II. 125. Abu Choraich, جريج: Renum vesicaeque ulcera sanant. Eltabari: Unguibus superimposita cum melle ceraque virginea spasmos resolvunt. Razes: Dolores consopiunt. Israili: Cum cerussa ac cineribus mista verrucas exedunt. Ego: Sunt abortiva, de quo mecum consentiunt Elchuz atque Ibn Vâfed. — Avic. I. p. 148.

61. بسفانج Pers. Besfânech. *Πολυπόδιον.* Polypodium.

Diosc. IV. 185. Gal. VIII. 16. 34. Is. B. Amran, Hobaish, Mâsuja de viribus hujus plantae citantur scriptores. Ibn Serapion, سرافيون: Humores expurgat viscosos, pituitosos. Avicenna: Flatus abigit. Ahmed Ben Abi Châled: Melancholiae medetur per septem dies cum drachmis duabus et dimidia cassiae decoctionis adhibitum. — Avic. I. p. 147. Abum. p. 43. بسبايج.

62. بسباسة Basbâs. *Μάκερ.* Macis.

Diosc. I. III. Is. B. Amran: Hic cortex eandem habet virtutem cum nuce moschata. Mosih idem asserit. Liber experientiarum: Ulceribus canalis urinae confert sanguinisque profluviis. Tia-

duc, تبادوق: Succedaneum est nux moschata. — Avic. I. p. 148. Abum. p. 46.

63. بسذ Bossaz. *Κοράλλιον.* Corallium.

Diosc. V. 138. Paulus: Valde exsiccat et in dysenteria constringit. Ben Masa: Est collyrium. Razes: Collo suspensum (periaptum) epilepsiae convenit. Châled: Corallium combustum cum gummi arabico sanguinem sistit. — Avic. I. p. 147. بسد. Abum. p. 45.

64. بستان ابروز Bustân Abruz. Horti decus. Amaranthus.

Soliman Ben Hasan: Planta cubitalis, foliis cucumeris, floribus purpureis, splendidis. In Hispania primus hoc medicamentum adhibuit Paulus Elharâni, الحرانى. Succus est antidotum, quem herbarii Hispani adpellant نبال, nibâl Elmachusi: Ardorem jecinoris et stomachi restinguit.

65. بسر Busr. Dactyli immaturi, jam adulti. *Φοῖνιξ.*

Diosc. I. 148. Gal. VIII. 21. 6. Masuja: Ventris fluxus sistunt et gingivas roborant. — Avic. I. p. 143. Abdallat. p. 74.

66. بسباس Bisbâs. Foeniculum.

Cf. رازيانج.

67. بسعبرا (بسعبيرا cod. Hamb.)

Est نرجس, narcissus, quem vide.

68. بسيلة (بسباة cod. Hamb.) Cicerculae genus.

Alba, multis granis plena; optima Kahirensis. Cf.. al. loc.

69. بستيناج Bastinâch. Tribulus.

Aegyptiis est خلال, gingidii species, visnaga. Seminum decoctio odontalgiae opponitur. Cf. حسك, hasak.

70. بشام Bashâm. Arbor balsamifera.

Abu Hanifa: Arbor foliolis parvis, satureja etiam minoribus, fructu destituta, succi lactei plena, bene olens. In montibus. Foliis nigrescunt capilli. Elnabati: Frequens in montibus prope Meccam, flore ex albo flavo, fructibus racemosis, edulibus. Invenitur et in Hispania. Lignum vocatur lignum balsamicum. Qui hanc arborem fructibus carere dicunt, falluntur. — Spreng. hist. rei herb. p. 257. Amyris Opobalsamum. Forsk. Fl. Aeg. p. 79. Abdallat. p. 93. 94.

71. بشنة Bishna. Milii genus.

Elgafeki: Planta parva, multicaulis, quae super saxa sese extendit; foliis succo viscoso, melligeno madidis; flore minutissimo, albo; seminibus parvis amaris, stypticis. — Galium viscosum sive Aparine?

72. بشنين (بشتين Hamb.) Bashnin. *Λωτὸς Αἰγύπτιος*. Lotus Aegyptia. Nymphaea Lotus.

Diosc. IV. 112. Ego: Planta in Aegypto creberrima inundationis tempore, similis نيلوفر, Ne-

nuphar. Duae ejus sunt species خنتربری et اعرابی, quarum postrema melior est oleumque praebet, quod in tumoribus et doloribus genu proficit. Radix appellatur بیارون, Bajârun, leviter aromatica, jusculorum condimentum; Venerem stimulat.

73. بشبش.

Sunt folia colocynthidis. Cf. حنظل.

74. بشکراین (شکراس Gol. p. 111. Fortassis: بشکراس?) Chamaeleon albus. Cf. اشخیص.

75. بشاکة (بشکسکة Hamb.) Gentiana. Amran: Hoc nomen est gentianae in Hispania.

76. بصل Basal. *κρόμμυον.* Cepa.

Gal. VII. 10. 58. Diosc. II. 180. Masuja: In aqua cocta Venerem stimulat. Nimius ceparum usus pravos generat humores. Israili: Cepa Ascalonia (عسقلان) humidior, non ita acris. Liber experientiarum: Pituitam e pectore et pulmonibus ejicit. Avic I. p. 142. Abum. p. 41.

77. بصل القی *Βολβὸς ἐμετικός.* Bulbus vomitorius.

Diosc. II. 201. Gal. VI. 2. 10.

78. بصل الفار Cepa muris. Scilla.

Cf. عنصل Onsol.

79. بصل الذیب Bulbus esculentus. (بصل الذنب Hamb.)

Cf. ابلبوس. Avic. I. 150. بصل النزین?

80. بصاق Bosâk. Cochleae.

Gal. XI.

81. بصاق القمر Selenites. Lapis lunaris.

Multa ei sunt nomina. Cf. حجر القمر.

82. بطم Butm. τέρμινθος. Terebinthus.

Liber de agricultura: Arbor in montibus terrisque lapideis, ramis granisque viridibus. Gal. VIII. 19. 1. Masuja: Fructus pravum praebet cibum. Eltabari: Gangraenae et paralysi confert. Elgafeki: Tineam capitis sanat et capillos spissiores reddit. — Avic. I. p. 150. Abum. p. 41.

83. بطيخ Battich. σίκυς. Melo.

Diosc. II. 162. Gal. VIII. 18. 14. Masuja: Melonum species quaedam adpellatur Elmamuni (المامونى), carnibus rubris, dulcissima. Israili: Melonis cortex exsiccat. — Avic. I. p. 143. Abum. p. 38.

84. بطيخ هندى Melo Indicus sive aquaticus. Anguria.

Razes: Humidissimus est ardoremque exstinguit in febribus acutis, calidis; cum potionibus acidulis mixtus non ita inflat ventrem; urinam ciet. Eltamimi: Est etiam melo aquaticus minor, ruber et flavus, quae Kahirae لفاح, luffah, mandragora, vocatur, viribus autem multum ab ea distat; intermediam habet virtutem melonis et melonis aquatici. Mosih: Damasci parvi hi melones nominantur دستبونة, quia alvum laxant. — Abum. p. 38. Spreng. hist. rei herb. 269. Forsk. Fl. Aeg. p. 75.

85. بطرة (بطدة).

Elnabati: Planta foliis ciccerculae, notissima in Andalusia, imprimis prope Hispalim, ubi سلين ei nomen est. Herbarii eam vocant سوس بلدى. Contra fistulas vulgaris ejus est usus.

86. بط Bat. Pato. Hisp. Anser vel Anas.

Razes: Caro humida et dura. Itaque difficilis concoctu. Elfulhumân, الفلهمان: Caro anserina calidior et pinquior. Salmuja, سلموية: Dolores corporis internos mitigat. Razes: Adeps anserinus optimus. — Avic. I. p. 146.

87. بطراساليون *Πετροσέλινον*.

Cf. كرفس.

88. بطباط Batbât. Virga pastoris.

Cf. عصا الراعى. — Avic. I. p. 150.

89. بطارس Batâres. Filix.

Cf. al. loc.

90. بطاحيون Batâhiun? Ammoniacum.

Cf. al. loc.

91. بطرلاون Petroleum. Naphtha.

Cf. نفط.

92. بعر Baar. Stercus.

Cf. زبل, Zibl. — Avic. I. p. 150.

93. بقلة الحمقا Baclat Elhemcâ. Olus fatuum sive insipidum. *Ἀνδράχνη*. Portulaca.

Plurima synonyma ejus sunt vocabula v. c.

بقلة مباركة, olus benedictum, بقلة اللينة olus molle, فرفير, فرفخ, فرفحين, رجلة, etc. Diosc. II. 150. Gal. VI. 1. 43. Hippocrates: Offuscat hebetatque visum et vomitum sedat. Masuja: ciborum appetentiam auget. Mosih: Verrucas aufert. Razes: In quo cubiculo est, non somniant, ibi qui dormiunt. Liber experientiarum: Sitim exstinguit. — Avic. I. p. 146. Abum. p. 39.

94. بقم Baccam.

Lignum arboris magnae foliis amygdalinis, cujus decocto tingitur color rubicundus seu pseudopurpureus; sistit sanguinem; carne implet exsiccatque ulcera. Hanc arborem describunt Hanifa, Ibn Redvan et Ibn Hasan. — Cf. p. 13. عندم. Lignum Bresillum. Gigg.

95. بقس, Bucs, sive شمشار, Shimshâr. Buxus.

Ibn Hasan: Frutex foliis myrtuosis, seminibus nigris. Decoctio diarrhoeam compescit. Sherif: Conserva e scobe confecta capillos roborat.

96. بقم Buccam. Nux Mâthel.

Cf. جوز ماثل.

97. بقنوفوتن (بقنوفرتن Hamb.[1]) *Πυκνόκομον.*)
Diosc. IV. 173. Gal. VIII. 16. 40. —

98. بقلة يمانية Beclat Jemâniet. *Βλῆτον.* Blitum.

Haec herba in Hispania vocatur بليطش. Diosc. II. 143. Gal. VI. 2. 8. *βλίτον.* Avic. I. p. 142.

---

1) Conjicio secundum descriptionem arabicam: بقنوقومس.

Masuja: Est potius alimentum quam medicamentum. Razes: Humectat et reficit. — Abum. p. 40.

99. بقلة الرمل Baclat Elraml. Faba Nabataea.

Sherif: Arabes vocant plantam vallis; in montibus arenosis; est similis plantae قنابرى, cunnâbara, flore luteo, semine erioxylo (gossypio) simili, amara; stomachum roborat; pulvinari supposita somnia adlectat dulcia.

100. بقلة ذهبية Baclat Dsahbiet. Spinachium sive Atriplex.

Cf. قطف.

101. بقلة الانصار Baclat Elansâr. Crambe. Brassica.

Cf. كرنب.

102. بقلة باردة Baclat Bâridat. Olus frigidum. Hedera.

Cf. قسوس, κισσός.

103. بقلة يهودية Baclat Jehudiet. Olus Judaicum. Eryngium. Sonchus.

Cf. قرصعنة. Avic. I. p. 150.

104. بقلة الضب Baclat Eldhob. Ita et Gigg. (الضرب Hamb.)?

105. بقلة الخطاطيف Baclat Elchatâtif. Chelidonia.

106. بقلة اترجية Baclat Utruchit. (Citrago Gol.)

Est nux Indica, coccus. Cf. بارنج.

107. (حامصة Gigg.) بقلة حامضة Baclat Hâmidhat.

Masnja: Planta brassicae similis, aquosa, frigida; temperat ardores. — Deest in cod. Hamb.

108. بقلة مباركة Baclat Mobârikat. Herba benedicta. Portulaca.

Cf. Be. 93. — Abum. p. 39.

109. بقلة الملك Baclat Elmalek. Herba regia. Fumaria.

Cf. شهترج.

110. بقلة دشتى?

Herba quaedam sylvestris.

111. بقلة حمقا برية Portulaca sylvestris.

Est laserpitium. Cf. انجدان.

112. بقلة الرماة Baclat Elromât. Epithymum.

In vallibus Hispaniae. Elgafeki hanc plantam ponit in الفافقى (?). Est annua, foliis plantaginis, magis cineraceis. Decoctio radicis picea venenandis telis inservit.

113. بقلة الاوجاع Baclat Elauchâa. Herba torminibus arcendis utilis.

Abulabbas Hâfez: Arabes Africani hac planta omnes ventris dolores persanare dicuntur, quae virtus et in Hispania experientia est comprobata. Dioscorides eam nominat فافاليا (Conj. قاقاليا) Cacaliam.

114. بقر Bacar. Bos.

Galenus, Razes et Avicenna carnes bubulas laudant. Razes: Cornua limata aqua permista

sistunt sanguinis profluvia. Alius: Bovis ungula cum melle juncta animum exhilarat. Diosc. II. de felle tauri. Gal. X. de stercore taurino. Sofaien Andalusius: Viscera vaccae adhuc calida luxationibus conducunt. Eltabari: Viscerum combustorum cineres oleo juncti in arthritide proficiunt. Diosc. II. de pilis et sanguine taurinis. —

115. بك (بكا Gol. Bakâ.)

Elnabâti: Arbor Arabiae Meccensis, similis frutici odorato, qui arboris balsami formam fere refert. Foliis truncoque albus inest succus. — Spreng. hist. rei herb. p. 218.

116. بلسان Balasân. *Βάλσαμος*. Arbor Balsami. Amyris Gileadensis.

Provenit in agro Kahirensi prope locum عين, الشمس, Heliopolin. Diosc. I. 19. Gal. VI. 2. 2. Razes: Calculos frangit, penem erigit ferrumque incendit. Eltabari: scorpionum morsui confert. Amran: Oleum balsaminum tussim sedat. Israili: leprae inungitur. Razes: lignum balsami et semina scorpionibus inimica et foliorum decoctio loco gargarismatis adhibita hirudines assumptas ejicit. Eltamimi: conserva corticis cum melle parata stomacho convenit. — Avic. I. p. 140. Abum. p. 44. Spreng. ad Diosc. II. p. 355 et sqq.

117. بلبوس *Βολβὸς ἐδώδιμος*. Bulbus esculentus.

Liber agriculturae: Similis caepae, sed ejus putaminibus caret atque est amarus, stypticus. Gal. VI. 2. 9. Diosc. II. 200. Oribasius: bulbus contusus et cum aceto mixtus ossium tumores emollit. — Avic. I. p. 142.

118. بليلج Belilech. Myrobalanus Bellirica. Terminalia Chebula.

Is. B. Amran: Fructus viridis, qui siccatus evadit flavus, amarus, stypticus. Utuntur putaminibus. Adfertur ex India. Machhul: Myrobalano est similis, putamine laevi. Elbasri: Diarrhoeam sistit. Hobaish: conserva mellita digestoria. Elsherif: A quibus jejunis cum aqua tepida et saccharo sumitur, iis ptyalismus sanatur. Amran: Succedaneum est Myrobalanus Emblica, quae viribus non ita multum distat ab hoc medicamento. — Avic. I. p. 144. Abum. p. 45. Spreng. hist. rei herb. p. 220.

119. بلوط Bellut. Δρῦς. Quercus Ballota.

Gal. VI. 4. 11. Diosc. I. 142. Avicenna: castaneae glandibus meliores. Razes: Quercus compingit ventrem atque urinam. Succedaneum est siliqua dulcis. — Avic. I. p. 148. Abum. p. 37.

120. بلوط الارض Quercus humi repens. Chamaedrys.

Is. B. Amran: Ramis intubaceis; in locis sabulosis, sub rhoibus; est leniter amara; pellit menses atque urinam. Elsherif: radix cum melle ulceribus chronicis et putridis confert.

121. بلوطى βαλλωτή. Ballota.

Diosc. III. 107. Gal. VII.? Virtutes euphorbii habet.

122. بلح Balah. Dactylus recenter enixus, prorsus immaturus.

Hanifa: Hoc nomen dactylo inditur, quando adhuc viridis est et rotundus spathamque nondum superavit. Vinum palmiprimum sive e dactylis bene

olet. Ex his dactylis mulieres monilia conficiunt propter odorem jucundum. Masuja: Nocent pulmoni; parum nutriunt. Avicenna: hepar obstruit. Elsherif: elephantiasin debellat. — Ita vocatur dactylus inter statum خلال et بسر. Abdallat p. 74.

123. بلخنة Bilchitat.

Elgafeki: Planta, cujus rami super terram se expandunt, foliis ex albido rubellis; quam si gargarizas, sanguisugae decidunt.

124. بلخية Balachiat. Arbor.

Eltamimi: Arbor ramis crassioribus in hortis et ante domos; floribus splendidissimis, croceis, amygdalam amaram suavissime olentibus malumve persicum. Kahirae haec arbor vocatur bacharis. Florum odor capita oppilata obstructaque juvat.

125. بليحا Balihâ.

Herba tinctoria, quam Afri لبيرون, Arabes اسليخ vocant. cf. Asolaich. p. 48.

126. بل Bul. Cucumis Indicus.

Razes: Cucumis Indicus amarus, calidus et siccus in gradu secundo, adstringit, nervis robur addit. Is. B. Amran: Est granum nigrum, simile grano Indico, semine interno pingui. Elbasri: nervis resolutis atque arthritidi conducit. Mosih: Similis est medicamento Indico شل, quod zingiberis naturam prae se fert et haemorrhoides juvat. — Avic. I. p. 144.

127. بلاذر Beladsor. Anacardi. Semecarpus Anacardium.

Ibn Elchazâr, الجزار: Indi Graecique vo-

cant hunc fructum Anacardia انقرديا, quod nomen significat id, quod cordi est simile. Is. B. Amran: Arboris fructus ceraso similis, cordis rubro colore, in cujus medio humor quasi sanguinolentus inest. Advehitur e Sina et provenit quoque in Siculorum monte ignivomo. Masuja: memoriam roborat atque in omnibus cerebri affectionibus proficit. Razes: sanguinem incendit. Aisa Ben Ali: memoriam juvat, sitim facit. Abu Choraiech: paralysi confert. Liber de venenis: Mel hujus fructus herpetem et verrucas exedit. Hobaish: Anacardus est atrox venenum, quod infert lassitudinem, tormina, abdominis meteorismum, viscera atque intestina exulcerat saepiusque interimit. Itaque sine medici cujusdam jussu ne assumantur neque sine remediis cardiacis adjectis, quibuscum paralysis praecaveatur. Bedigoras: Avellana est succedaneum. — Avic. I. p. 141. Abum. p. 44.

128. بلان Ballân.

Elnabati: Planta lanuginosa, foliis cicerculae, stypticis; flore purpureo; fructu flavo et rubro, amaro, seminibus minutis, stypticis referto. Haemorrhoidi confert. E ramis Hierosolymis scopae fiunt. Vulgaris etiam prope Barcen. Arabes eam vocant شرف.

129. بلسك ἀπαρίνη. Aparine.
Diosc. III. 94. Gal. VI. 1. 50.

130. بلنجاسف Artemisia.
Cf. برنجاسف Nr. 36.

131. بلسن Bulsun. Lentes.
Cf. al. loc.

132. بلس Balas. Ficus.

Cf. تين.

133. بنفسج Benefsech. ἴον. Viola odorata.

Diosc. IV. 120. Gal. VI. 9. 3. Hobaish: cephalalgiae medetur. Amran: flores violae cum floribus chamomillae cocti cephalaeam juvant. Liber experientiarum: in humoribus biliosis atque inflammationibus intestini recti et fissuris proficit. Masuja: syrupus violarum pleuritidi morbisque vesicae idoneus. Razes: conserva violarum anginae confert semenque ejaculat. Eltamimi: Sicca facit oppressiones et tristitiam. Elsherif: scabiei ex humoribus biliosis conducit. Abdalla Ben Elashâb Ben Sâlah: foliorum succus cum saccharo conditus infantibus confert, quibus umbilicus procidit. Razes: radix liquiritiae et borraginis succedanea sunt medicamenta. Avic. I. 140. Abum. p. 47.

134. بنجنكشت Benchenkesht. ἄγνος. Vitex. Agnus castus.

Vocabulum persicum, پنج انكشت, quod πενταδάκτυλον sive quinquefolium significat. Diosc. I. 134. Gal. VI. 1. 2. — Avic. I. p. 147. بنجنجست. Abum. p. 42.

135. بنطافلن πεντάφυλλον. Quinquefolium.

Diosc. IV. 42. Gal. VIII. 16. 8. Gafeki: vulnera illico sanat recentia atque adhuc cruenta. Qui huic herbae supercubant, malis non vexantur somniis.

136. بنج Bench. Hyoscyamus.

Diosc. IV. 69. ὑοσκύαμος. Gal. VIII. 20. 4. Amran: semina cum opio et pice melleve doloribus pectoris dentiumque conferunt. Masuja: semina nigra saepe interimunt; cadavera lurorem induunt; siccitatem linguae visusque obfuscationem faciunt. Razes: Opium hyoscyamo substituitur. Avic. I. p. 145. — Abum. p. 45. بنك.

137. بندق Bunduc. λεπτοκάρυον. Nux avellana. Guilandina Bonduc.

Hanifa: Vocatur etiam جلوز. Gal. VII. 10. 12. Diosc. I. 179. Hippocrates, ابقراط: auget cerebri substantiam et ad coitum stimulat. Masuja: leniter adstringit; difficilius concoquitur nuce majore (juglande); nuces avellanae cum ficis et ruta sunt mensae secundae optimae. Mosih: adhibetur in haemoptysi. Eltabari: cum ficis rutaque scorpiorum morsui medetur; idem facit, dummodo gestetur. Israili: flatus gignit, praesertim quum edatur cum putamine interno, quod adstringit ventremque obstruit. — Avic. p. 147. Abum. p. 37.

138. بندق هندى Nux avellana Indica.

Alterum ejus nomen est رتة, retta (رية Escor.); falso vocatur palma. Elmasaudi, المسعودى: nuci avellanae similis est atque in India magni aestimatur. Elbâlsi: Putamen fuscum, interne flavum; digestioni auxilio est. Razes: Patriarcha dicit, venenorum esse antidotum, et contra guttam serenam febresque quartanas adhiberi. Elchauz: paralysin tollit.

139. بنك Bunk. بند cod. Par. *νάσκαφθον*. (Chamomilla foetida et pulicaria. Amon.)

Diosc. I. 22. Hanifa: Frequens in Arabia felici in valle عوسجة. Ibn Redvân: Adstringit et suffimentum est, quod corpus reddit bene olens. Elmachusi: hepar roborat. — Avic. I. p. 143.

140. بنتومة Bantuma.?

Hoc nomen Hispani herbarii huic plantae indunt; Persae ita vocant arborem magnam, foliis cucurbitinis, fructu ficis simili, quam etiam stercus avium nominant. In agro Damasceno et Neapolitano (?) nascitur. Arbor Arabica, fructu rubro ramisque teneris. Fructus cum oleo comeduntur. Herbae parasitae instar radices agit in piris, oleis, amygdalis ramosque harum arborum circumplectitur ad modum cuscutae, كشوث. Ibn Hasan: Provenit in oleis e stercore avium, ut opinantur; est styptica, leniter amara. Succus luxaturis sanguinisque profluviis adversatur. Eadem fere habent Gafeki et Sherif.

141. بنات وردان *σίλφη*. Blattae. Lumbrici.

Diosc. II. 48. Sherif: in ulceribus pedum unguentum blattarum cum oleo ceraque virginea proficit. — Avic. I. p. 150.

142. بنات الرعد Tubera terrae. Fungi.

Cf. كمء.

143. بنات النار Urtica.

Cf. انجرة.

144. بنجنكشروان (بنجكشروان Hamb.)

Est لسان العصافير, lingua passerina i. e. semen fraxini, quod adeas.

145. بهار sive اقحوان Behâr. Buphthalmum.

Diosc. III. 146. Gal. VI. 2. 14. Avic. I. p. 145. Eltamimi: Damasci minor buphthalmi species invenitur, quae perdicis oculus vocatur; collyrium e floribus paratum visus offuscationi confert. — Abum. p. 47.

146. بهيج Bahich. Radices albicantes.

Cf. بوزيدان.

147. بهمن Behmen. Radix Behen.

Amran: Duplex est species, rubra, — Salvia haematodes, — et alba, — Centaurea Behen, — pastinacae parvae similis. Adferuntur ex Armenia et Chorasana. Adhibentur contra arthritidem. Avic. I. p. 141. Razes: Venerem stimulat. Substituitur ei erysimum, تودری. — Abum. p. 46.

148. بهمى Bohma. φοῖνιξ. Phoenice.

Diosc. IV. 43.

149. بهرامج Bahrâmech. Salix Balchica.

Hanifa: Duae hujus arboris sunt species, quarum altera semina rubra habet, suaveolentes. Cf. خلاف البلخى.

150. بهرم sive بهرمان Bahrem seu Bahremân.

Flores cnici seu stamina croci.

Hanifa: est عصفر, Osfor, quod adeas.

151. بهش Bahsh. Bdellium recens.

Hanifa: dicunt, esse resinam lentisci sive pini cujusdam, cujus glandibus boves vescuntur. Est

autem gummi arboris Indicae, quae etiam in Arabia et Sicilia colitur. — Sacy Chrest. Arab. III. p. 456.

152. بهق الحجر Bahac Elhachr. Vitiligo lapidis. Lichen.

Cf. حزاز الصخر.

153. بوزيدان Buzidân. Orchis Morio. Satyrium.

Soliman Ben Hasan: Radices durae, albicantes, similes radicibus Behen, quae ad podagram et dolores arthriticos faciunt; ex India veniunt. Ibn Redvan, Masuja, Hobaish eadem narrant. Avic. I. p. 144. — Abum. p. 46.

154. بوش دربندی Bush Derbendi.

Est collyrium album Armeniacum. Ibn Hezârdâr, هزاردار: succus, qui collyriis additur et ad podagram facit. Ibn Redvân: succus foliorum arboris cujusdam. Razes: succus, qui ex Armenia adfertur; arthritidi confert. Avic. I. p. 150. — Abum. p. 44?

155. بوصير Busir. *φλόμος*. Verbascum.

Medici Damasceni radicis lanugine utuntur in doloribus arthriticis. Diosc. IV. 102. Gal. VIII. 21. 5. — Avic. I. p. 145.

156. بونيون *Βούνιον*.

Diosc. IV. 122. Gal. VI. 2. 13.

157. بولوغالين *Πολύγαλον*.

Diosc. IV. 140. Gal. VIII. 16. 27.

158. بولامونيون *Πολεμώνιον*.

Diosc. IV. 8. Gal. VIII. 16. 29.

159. بولوغاناطن *Πολυγόνατον*.

Diosc. IV. 6. Gal. VIII. 16. 28.

160. بولوقنيمن *Πολύκνημον.*
Diosc. III. 98. Gal. VIII. 16. 32.

161. بورق Burac. Borax. Nitrum.

Vocatur etiam نطرون. Aristoteles: Nitrum interdum est fluidum et paulatim congelat et lapidescit, interdum jam congelatum solidumque invenitur, et rubrum et album et pulverulentum (griseum). Amran: Species altera appellatur nitrum Armenum, quae ex Armenia defertur; altera nominatur نطرون atque advehitur e Lavahât (لوحات. Rahath. Serap.) et rubra et alba. Vâfed: Nitrum naturale optimum est Armeniacum et Aegyptiacum; hoc frequentissimum, rubidum, salso austeroque sapore. Huc pertinet et nitrum pistorium, quod pistores Cahirenses aqua solvunt panique antea inspergunt, quam furno immittant. Ita panes laeves splendidique evadunt. Nitrum vero artificiale est sal induratum, quod ex plurimis solutionibus et ex ipsa aqua saturnina (plumbi) igni superposita paratur. Razes: Nitrum argentariorum alia est species, alba densaque, quae cremor nitri appellatur atque optima est. Diosc. V. 130. Gal. IX. 3. 18. Aristoteles: uterum humidum exsiccat. Hobaish: nitrum accedit ad pilulas purgantes, electuaria et clysmata. Amrân: oleo junctum chamomillae corporique inunctum sudorem elicit. Machhul: nitrum cum melle peni pubique illitum Venerem stimulat. Sherif: aqua solutum et cum oleo calefactum in doloribus colicis (colica saturnina) operarum argenti fodinarum proficit. — Avic. I. p. 141. Abum. p. 42.

162. بوريطش *Πυρίτης.* Lapis Pyrites.
Cf. حجر النور et مرقشيثا Marcasita.

163. بوقيصا Bukisa. Ulmus.
Cf. دردار, derdâr.

164. بوشد Bushad. (بوشاد Gol.) Napus. Rapum.
Cf. شلجم, shelcham.

165. بوطانية Butâniat. Vitis nigra.
Nomen Andalusium. Cf. كرمة السودا.

166 بوغلصين Buglossum.
Cf. لسان الثور.

{167. بولوديون? } Polytrichum.
{168. بولوطونحون (بولوطريحون?) }
Cf. پرشاوشان, adiantum.

169. بول الابل.

Elzahrâvi; Sunt pastilli Arabici, qui Meccae veneunt quibusque recentia sanantur vulnera. Nascitur enim in Arabia felici herba, qua pascuntur cameli. Urinam autem, quam postea cameli mittunt, siccant pastillosque ex ea conficiunt. Ego: Aliter haec res se habet et Zahravi fallitur. Namque est materia quae in cavernis Meccae vicinis invenitur. Sunt frusta nigra, lapidea, quae ab Arabibus collecta et a mercatoribus in pastillorum formam redacta hoc nomine insigniuntur. Sunt, qui hirundinis esse stercus opinentur.

170. بوقشرم (بوقسرم Hamb.)

Planta berberica, cui apud Andalusios nomen أبو مموت, Abu mamut. Succus ad leucomata oculorum facit.

171. بول Baul. Urina.

Gal. X. 15. Diosc. II. 99. Avic. I. p. 149.

172. بيض Baidh. Ova.

Diosc. II. 54. 55. Avic. I. p. 143. Eltabari: albumen ovi cum farina epotum sanguinis fluxum cohibet. Israili: albumen ovi in oculorum fistulis proficit. Liber exper. Mosih et Razes de ovorum usu laudantur.

173. بيقية Bikiat. Ἀφάκη. Vicia.

Diosc. II. 177. Gal. VI. 1. 74. Avicenna: nervis confert.

174. بيش Bish. Napellus. Thora.

Ibn Samhun: secundum auctores in China nasci dicitur in regione Sindi (سند) prope locum Halâhel (هلاهل). Herba foliis intubaceis, quae in urbe comeduntur; centum vero passus extra urbis moenia eos, qui iis vescuntur, interimunt. Hobaish: omnia animalia perimit praeter coturnices; mures hac herba pinguescunt. Isa Ben Ali: duplex hujus herbae color et albidus, caulibus nodosis, et subflavus; haec species perniciosissima. Ahron Elkâs: celeriter perimit; tela ea venenantur. Razes: dolores capitis, oculos rigidos, natantes, paetos, syncopen facit; emetica et muscus ejus sunt antidota. Avicenna: unguentum utile in lepra. Avic. I. p. 147. Abum. p. 47.

175. بيش موش بيشا Napellus Moysis.

Avicenna: Herba, quae napelli est antipharmacum et leprae confert. Est etiam animalculum muri simile, quod contra lepram adhibetur. — Avic. I. p. 150. بيش موش بوحا.

176. بيارون Bajârun.

Radix loti Aegyptiacae. Cf. بشنين p. 93.

Catalogus

Codicum de re medica Sanscritorum,

qui

in palatio societatis negotiatorum Indiae Orientalis (East India House) Londini adservantur.

Graecorum ac Romanorum antiquitates, historiae, leges, literae atque artes per multa jam saecula viris omnium nationum doctis summo certamine sunt exploratae. Quamvis autem tantum absit, ut studia tam digna laudibus tamque nobilia pro consummatis haberi possint, ut quotidie novae quaestiones novaeque difficultates exoriantur novaeque his studiis faces accendantur, nuperrime tamen Indicarum rerum studium ita inter nos exarsit tantamque auctoritatem Indicae nactae sunt antiquitates, ut Graecis Romanisque dignitatem tanto jure comparatam diuque servatam derogare minarentur. Ex Oriente lux affulsisse Graecis Romanisque declamabatur ipsaque vetustissima Aegyptus ex India incolas literasque atque artes accersivisse contendebatur. Lites sunt conflatae inter antistites utriusque studii, qui inter se ita excanduerunt, ut studiis magis nocuisse quam profuisse existimarentur. Graecorum propugnatores sese abnuunt sectatores Indomanorum, quos vocant, qui praepostere et linguam et culturam Graecam ex similitudine aliqua sonorum atque institutionum

ex Gangeticis derivant gentibus. Indiae vero laudatores tanquam Europaeae culturae matris se in his studiis vix ac ne vix quidem primores tantum fixisse plantas obliviscuntur. Injurias vicissim repellunt retorridi homines seque invicem in Caeritum tabulas referunt. In quo dolendum est, veritati nihil addi minusque etiam Indicarum antiquitatum studium recens evocatum omnique cultu et favore indigum promoveri.

Historia antiqua Indis certissima fere nulla. Nihil igitur facilius quam hujus gentis monimenta literis consignata recentioribus adscribere saeculis, id quod ab adversariis Indicorum studiorum frequenter factum esse habemus compertum. Celebratissima Indorum auctorum nomina ad fabulosam pertinent aetatem idque levitatis Asiaticae luculentissimum ducitur esse indicium, quum nec de aetate nec de vita scriptorum quicquam certi constet. Quid Indi in carminibus componendis et epicis et scenicis et lyricis praestiterint, Ramayanae et Maha-Bharatae partibus aliisque poematiis septemque dramatibus jam publicatis inter omnes constat, quid de astronomia, mathesi, philosophia, legibus reliquerint posteritati, Colebrookei aliorumque indefatigabili studio in clara positum est luce. De ceteris artibus parum accepimus, ut judicium ferre queamus. Quum vero anno proximo Londini commorarer thesaurosque manuscriptos in illa urbe asservatos, qui de rebus medicis sunt, accuratius examinarem, in palatio negotiatorum Indiae orientalis (East India house) sat magnum Codicum Sanscritorum, qui de medicina tradunt, numerum conspexi et proprio impulsu eo delatus suffragiisque illustrissimorum juvenum, Drr. Rosenii et Stenzleri, qui in isto palatio studiorum

Sanscritorum castra posuerant scriniaque etiamnunc laudabiliter in usus suos compilant, ad evolutandos hos libros instigatus atque accensus eorundemque luminibus et imprimis eruditissimi atque amicissimi Stenzleri adjutus catalogum concinnavi, operae pretium me esse facturum ratus, si scriptorum medicorum Indiae eorumque operum Sanscrito exaratorum sermone nomina primum hoc modo innotescerent medicorumque aliorum juvenum studia ad has partes in posterum traherentur.

Graecos ab Indis accepisse medicinam atque Hippocratem a Charaka Susrutave didicisse, ut contenderet, eo procedere dementiae nemo adhuc est ausus tum propter divinum Coi senis ingenium tum propter Indorum medicorum apud nos obscuritatem. Et si quando istiusmodi quaestio in medio poneretur, talis causae actores se esse velle denegarent ad unum omnes, qui vel unum Indi cujusdam medici legissent versiculum. Tanta est inter Graecos Indicosque libros medicos et formae et rerum differentia. Verum tamen negari non potest, sequiorum aetatum medicos Graecos scriptoribus Arabum quantulamcunque medicinae Indicae notitiam retulisse acceptam. Namque in altera parte Aetii publici juris nondum facta aliquoties in modum auctorum Arabum, Avicennae, Razis, Serapionis, aliorum, ὁ Ἰνδὸς sive οἱ Ἰνδοὶ laudantur. In eo enim omnis fere Arabum versatur medica doctrina, ut auctoritates antiquorum scriptorum et exterorum et inquilinorum accumulent sibique satisfecisse et placuisse videantur, si Graeciam, Persiam atque Indiam spoliaverint. Unde Reiskius in observatt. med. p. 8. haec habet: „aliud nihil egerunt aut moliti sunt Arabes, quam ut forulos suos interpretationibus Hippocratis, Ga-

leni et Aristotelis onerarent, quemadmodum ex indicibus librorum, quos Abu Oseibah (Osaibia) vitis suorum medicorum singulis subjecit, intellexi. Parum ipsi de suis addiderunt. Ultra Graecos vix eminent. Ipsi fatentur ultra Hippocratem se nihil sapere. Hunc sidus medicinae appellant.“ Occidentem atque Orientem Arabes circumspexerunt inter utramque regionem positi, ut interpositis multorum auctorum testimoniis se munirent atque eruditionis ceteroquin haud spernendae speciem induerent suamque tenuitatem fuco obtegerent. Non est, quod locos Arabum medicorum congeram, ubi Indi laudantur. Tam multi in vulgatis Arabum operibus medicis prostant. Frequentissimum Indi medici nomen, apud Arabes obvium, est Charakae (شرك), cujus opera etiam hodie extare catalogus noster comprobabit. Abumansur p. 26. Chateki Indi (خاطك) allegat verba. Casiri I. p. 426. quaedam affert de Katka, Indico Astrologo, quae huc transcribo: „Katka, natione Indus, longe vetustissimus, Indorum omnium astrologorum facile princeps est habitus: cujus nulla vel aetatis, vel rerum notitia quum propter locorum distantiam tum propter obvia utriusque regni impedimenta ad nos pervenit. Hinc factum, ut Indorum scripta vix aliqua acceperimus. Enimvero tria illorum, et quidem notissima, systemata astrologica recensentur, videlicet Sindum Indum, Argebahrum atque Arkandum: (Bohlen Alt. Ind. II. p. 281.) ex quibus unum duntaxat Sindum Indum ad nos olim perlatum est; — — quod autem ad eorum scriptorum opera spectat, in manus nostras incidit liber musicus, Indica lingua Baiphor (بيافر Biyâphar. Vidyâphala Sansc. Bohlen Ind. II.

p. 195.) dictus, i. e. sapientiae fructus, musicae et harmonicae artis elementa complectens; liber ethicorum, Kalila et Dimna inscriptus (Panchatantra. Notices et extraits etc. Vol. IX. X.); liber artis logisticae (hanc algebram edidit cl. Rosen arab. et angl. Londini. 1831.) a Mohammede Ben Musa Elkhuarezmita exornatus, qui ceteros omnes brevitate methodi ac facilitate praestat, Indorumque in praeclarissimis inventis ingenium et acumen ostendit; — — Haec Casirius. Ad quem locum notat Colebrooke Algebra of the Hindus p. 70. „The Arabs, however, had other communications of portions of Indian science, which the author of Tarikhul kukma (Casir. I. p. 426 — 28.) has in this place overlooked: especially upon medicine, on which many treatises, general and particular, were translated from the Indian tongue. For instance a tract upon poisons by Shanak (Sansc. Charaka?) of which an Arabic version was made for the Khalif Almamun by his preceptor Abbas ben Said Johari. Also a treatise on medicine and on materia medica in particular, which bears the name of Shashurd, (Sansc. Súsruta?) and numerous others. (Herbelot Ketab Alsamum, Ketab Sendhashat, Ketab Alsokkar, Ketab Shashurd alhendi, Ketab Rai alhendi, Ketab Noufshal alhendi, Ketab Alkakir etc.)“

Quibus omnibus si paucas easque dissitas mancasque de rebus Indorum medicis notitias, ex libellis periodicis Londinensibus et Calcuttensibus plerasque collectas, addideris ac cum iis composueris, quae historiarum medicinae scriptores recentiores narrant, de medicina Indorum nos nihil fere scire recte colliges. Inter illas, quas dico, notitias sunt: Vestigia vaccinationis in medicis Indorum scriptori-

bus (Asiatic Journal. VII. July. p. 27. Gostany odacum est lympha variolae vaccinae. Tikadars, inoculatores. Calcutta Transac. V. Citatur opus Dhanwantari, quod Sacteya Grantham appellatur.); — de spasmodica Indiae cholera ex auctoribus Indis (Madras Courier. 12 Jan. 1819. As. Jour. VIII. Sept.); — de medicina et chirurgia Indorum (Asiat. Jour. XVII. Sept. p. 241. et sqq. Orient. Mag. Febr. 1823), unde Adelung in historia liter. linguae Sanscritae p. 176. hausit, quae de his rebus profert; — D. A. Talboys, qui hunc librum anglice vertit, (an historical sketch of Sanscrit literature, from the German of Adelung. Oxford. 1832.) multa se addidisse multaque correxisse gloriatur; quae qualia sint, quoniam librum nondum viderim, judicare non possum; — de cura elephantis (As. research. II. p. 149.) — de plantis Indiae medicinalibus (As. res. II. p. 345.), — Catalogus plantarum medicinalium Indiae, adjectis earum nominibus Hindostanicis et Sanscritis (As. resear. XI. p. 153 — 197.); — Heyne (tracts historical and statistical on India. Lond. 1814. 4.) p. 125. priorem partem medici operis ex lingua Telinga vertit, quod Sanscrite Kalpasthânam vocatur tironumque commendatissimum est compendium. Tradit de re herbaria plantisque et radicibus medicinalibus, de ponderibus et compositione medicamentorum. — p. 148. alius operis partem transtulit de diagnosi, victus ratione etc.

Ibn Abi Osaibia (obiit 668 Heg. 1269 Chr.) vero singulari capite (duodecimo) medicorum Indorum vitas est complexus. Quo quum nemo accuratius inter Arabes de his fontibus tractaverit, me hujus capitis maximam partem e Codice Richiano, olim Bagdadensi, Musei Londinensis (Mines de

l'Orient III. p. 329.) exscripsisse et transtulisse, quis est, qui in hac documentorum et testimoniorum inopia mihi non sit condonaturus?

الباب الثانى عشر

فى طبقات الاطبا الذين كانوا من الهند

۱) كنكه الهندى حكيم بارع من متقدمى حكما الهند واكابرهم وله نظر فى صناعة الطب وقوى الادوية وطبايع المولدات وخواص الموجودات وكان من اعلم الناس بهيية العالم وتركيب الافلاك وحركات النجوم وقال ابو معشر جعفر بن محمد بن عمر البلخى فى كتاب الالوف ان كنكه هو المقدم فى علم النجوم عند جميع العلما من الهند فى سالف الدهر ولكنكه من الكتب كتاب النموذار فى الاعمار كتاب اسرار المواليد كتاب القرانات الكبير كتاب القرانات الصغير كتاب فى الطب وهو يجرى مجرى كناش كتاب فى الوهم كتاب فى احداث العالم والدور فى القران

۲) صنجهل كان من علما الهند وفضلايهم الخبيرين بعلم الطب والنجوم وله من الكتب

كتاب المواليد الكبير وكان من بعض صنجهل
الهندى جماعة فى بلاد الهند ولهم تصانيف
معروفة فى صناعة الطب وفى غيرها من العلوم
مثل باكهر داهر جبهر- راحه انكر اندى-
صكه زنكل جارى- كل هولا اصحاب
تصانيف وهم من حكما الهند واطبايهم ولهم
الاحكام الموضوعة فى علم النجوم والهند
تشتغل بمولفات هولا فيما بينهم ويقتدون بها
ويتناقلونها وقد نقل كثير منها الى اللغة العربية
ووجدت الرازى ايضا قد نقل فى كتابه الحاوى
وفى غيره من كتب جماعة من الهند مثل
كتاب سيرك الهند وهذا الكتاب فسره عبد
الله بن على من الفارسى الى العربى لانه اولا
نقل من الهندى الى الفارسى وعن كتاب
سسرد وفيه علامات الادوا ومعرفة علاجها وادويتها
وهو عشر مقالات امر يحيى بن خالد بتفسيره
وكتاب يدان (Conj. ندان Nidâna, diagnosis)
فى علامات اربعماية واربعة ادوا ومعرفتها بغير
علاج وكتاب سندهيشان وتفسيره وكتاب
صورة النجح وكتاب فيما اختلفت فيه الهند
والروم فى الحار والبارد وقوى الادوية وتفصيل
السنة وكتاب تفسير اسماء العقار باسما عشرة

وكتاب اسانكر الجامع وكتاب علاجات الحبالى للهند وكتاب مختصر فى العقاقير للهند وكتاب نوفسل فيه ماية داء وماية دواء وكتاب روسا الهندية فى علاجات النسا وكتاب السكر للهند وكتاب راى الهندى فى اجناس الحيات وسمومها وكتاب التوهم فى الامراض والعلل لابى قبيل الهندى۞

ومن المشهورين ايضا من اطبا الهند

٣) شاناق وكانت له معالجات وتجارب كثيرة فى صناعة الطب وتفنن فى العلوم وفى الحكمة وكان بارعا فى علم النجوم حسن الكلام متقدما عند ملوك الهند ومن كلام etc. ومن الكتب كتاب السموم خمس مقالات فسره من اللسان الهندى الى اللسان الفارسى منكه الهندى وكان المتولى لنقله بالخط الفارسى رجل يعرف بابى حاتم البلخى فسره ليحيى بن خالد بن برمك ثم نقل للمامون على يد العباس بن سعيد الجوهرى مولاه وكان المتولى قرائه على المامون كتاب البيطرة كتاب فى علم النجوم كتاب منتحل الجوهر والفه لبعض ملوك زمانه وكان يقال لذلك الملك ابن قمانص الهندى۞

۴) جودر حكيم فاضل من حكما الهند وعلمايهم متميز فى ايامه وله نظر فى الطب وتصانيف فى العلوم الحكمية وله من الكتب كتاب المواليد وهو قد نقل الى العربى ☼

٥) منكه الهندى كان عالما بصناعة الطب حسن المعالجة اطيف التدبير فيلسوفا من جملة المشار اليهم فى علوم الهند متقنا للغ الهند ولغة الفرس وهو الذى نقل كتاب شاناق الهندى فى السموم من اللغة الهندية الى الفارسى وكان فى ايام الرشيد هرون وسافر من الهند الى العراق فى ايامه واجتمع به وداواه ووجدت فى بعض الكتب ان منكه الهندى كان فى جملة اسحق بن سليمان بن على الهاشمى وكان ينقل من اللغة الهندية الى اللغة الفارسية والعربية ونقلت من كتاب اخبار الخلفا ☼

٦) صلح (Cod. Oxon. صاليح) بن بهله الهندى متميز من علما الهند وكان خبيرا بالمعالجات التى لهم وله قوة وانذارات فى تقدمة المعرفة وكان بالعراق فى ايام الرشيد هرون . . . . وقال جعفر بن يحيى ان طب جبرييل طب رومى وصلح بن بهله الهند فى

العلم بطريقة اهل الهند فى الطب مثل جبريبيل فى العلم بمقالات الروم . . . وولى مصر وفلسطين وتوفى بمصر وقبره بها ۞

Versio.

Caput duodecimum.

De classibus medicorum Indorum.

1. Katka[1]) Indus, vir doctus atque eruditus inter veteres Indiae philosophos ejusque praeclara ingenia, scientiâ artis medicae viriumque medicamentorum cognitione pollebat, naturae rerum peregrinarum et proprietatis patriarum scientissimus. Accensebatur viris eruditissimis, qui de mundi forma situque regionum motibusque siderum coelestium sunt meditati. Dicit vero Abu Maashar Chaafer Ben Mohammed Ben Omar Balchensis († 885.) in libro suo celeberrimo, Katkam olim fuisse inter celebratissimos Indiae viros doctos propter eximiam astrorum scientiam. Ex Katkae operibus sunt: Liber Elnamuzâr, de aetatum tempore. Liber de Astrologiae genethliacae secretis. Liber Conjunctionum major. Liber Conjunctionum minor. (Casir. I. p. 427.) Liber de arte medica, Jachri Machri, Syntagma.

1) Abu Maashar (Vers. latin. Norimb. 1549.) Indicum auctorem cum Osaibia Kankam adpellat; recte Casiri et Colebrooke emendant Katka. Confusa vero sunt nomina disciplinae (Kuttaka, Algebra) et auctoris (Aryabhatta), ut Arabes nomen disciplinae pro nomine auctoris habuerint. Cf. Bohlen Alt. Ind. II. p. 281.

Liber de opinione (Logica?). Liber de temporibus mundi et periodo conjunctionis siderum.

2) Sanchahal. Est inter viros Indiae doctos celeberrimus et peritissimus artis medicae astrorumque scientiae. Ex ejus operibus sunt: Liber de nativitatibus magnus. Est autem secundum nonnullos auctores Sanchahal Indus nomen collectivum in India plurium virorum, quorum in arte medica reliquisque literis exquisita erat doctrina v. c. Bâkhor, Dâhir, Chabher: Râha, Anker, Andi: Saka, Zenkal, Châri; hique omnes junctis studiis opera componebant, Indorum philosophis medicisque adnumerati, penes quos omnis astrorum erat scientia. India vero collegit, quae illi inter sese elaboraverant communique harum doctrinarum studio incensi erant elucubrati. Itaque multi Indorum libri in sermonem arabicum sunt translati atque equidem inveni, Razem in Continente aliisque operibus e multis libris Indicis multa vertisse v. c. e libro Indico Sairek;[1]) quem librum arabice interpretatus est Abdalla Ben Ali ex Persico sermone, in quem prius ex Indico erat translatus; dein ex libro[2]) Susrud, in quo signa morborum eorumque curationes et remedia traduntur decem libris, quem Jehia Ben Châled commentariis illustravit; tum est liber Nidana de signis quadringentorum quatuor morborum iisque cognoscendis sine eorundem curationibus; porro liber Sindhishan ejusque commentarii; liber de ratione prosperi successus (de prognosi?); liber de quibus Indi Graecique

---

1) Non est, quod probem, solum Charakae librum hoc mutilo nomine intelligi, qui apud Arabes est omnium Indiae auctorum notissimus.

2) Susruta, medicus et liber Indus.

discrepant in definiendis qualitatibus calidis et siccis deque medicamentis annique tempestatibus; liber interpretationis medicaminum aromaticorum decem vocabulis synonymis; liber Asankara magna; liber de curandis mulieribus gravidis secundum Indos; liber Epitome de radicibus aromaticis secundum Indos; liber Nufasaî, in quo de centum morbis centumque remediis agitur; liber Rusa Indica de sanandis mulieribus; liber de saccharo secundum Indos; liber Râi Indicus de generibus serpentum eorumque venenis; denique liber opinionum de morbis atque aegritudinibus Abi Cabili Indi.

Porro est inter medicos Indos celebres referendus:

3. Shânâk, penes quem magna in curandis morbis facultas summaque in arte medica erat experientia pariter atque in ceteris literarum disciplinis et in ipsa philosophia; pollebat etiam astrorum scientia, oratione facundus Indiaeque regibus dilectus Ex ejns dictis sunt etc. (Omitto aliquot codicis versus). Ex ejus vero operibus sunt: Liber de venenis quinque libris comprehensus, quem ex Indico sermone in Persicum transtulit Manka Indus eratque praefectus interpretationi in linguam Persicam vir quidam cognitus nomine Abi Hâmmem Balchensis. Versio autem facta est in usum Jehiae Ben Châled Barmacidae, qui postea idem opus transtulit in usum Chalifae Almâmun auctoritate opeque Alabbâs Ben Soaid Chauhari (gemmarii), ejus Veziri, qui apud Elmâmum lectionibus praeerat. Liber de medicina veterinaria. Liber de astrologia. Liber de gemmis eligendis, quem composuit alicui Indiae regum aetatis suae, cui nomen est Ibn Kemânes Indus.

4. Chudr. Vir doctus atque illustris inter Indos philosophos atque inter eruditos homines aevi sui excellens, praeclarus artis medicae scientia et philosophiae doctrinarum cognitione. Ex ejus operibus est liber de nativitatibus, cujus arabica versio extat.

5. Manka Indus, artis medicae peritus atque expertus curationum, eximius in vita instituenda philosophus; omnes in literis Indicis celebres viros superabat, linguae Indicae Persicaeque gnarus, illeque ipse est, qui Shânâki Indi de venenis librum e sermone Indico in Persicum vertit. Vixit autem aetate Reshidi Harun eodemque tempore iter fecit ex India in Iracam, ejusdem Chalifae sodalis, quem aegrotantem sanabat. Sed inveni apud auctores nonnullos, Mankam Indum vixisse in aula Isaaci Ben Solimân Ben Ali Hâshemitae atque ex lingua Indica in Persicam atque Arabicam libros transtulisse. Et haec quidem deprompsi ex libro historiarum Chalifarum.

6. Saleh Ben Bahla Indus, praestans inter Indos eruditos, in curandis morbis rationum, quas ibi sequuntur, peritissimus; singulari virtute et adhortatione scientiae tenebat principatum. Vixit autem aetate Reshidi Harun in Iracâ. — — Chaafar Ben Jehia, medicina, inquit, Gabrielis [1]) est medicina Graeca; sed Saleh Ben Bahla Indus in medicina Indorum sequitur rationem, sicut Gabriel Graecorum libros. — — Postea adivit Aegyptum et Palaestinam inque Aegypto mortem oppetiit ibique ejus est sepulchrum. —

1) Gabriel, Bachtishuae filius, Syrus, medicus eodem tempore celeberrimus. Abulph. Hist. dynast. p. 153. Bachtishuarum integram historiam alias concinnabo, quando iterum ad hanc periodum fuero delatus.

Haec fere sunt, quae Sanscritorum codicum catalogo de medicinae Indicae exteris fontibus praefanda esse duxi e schedarum mearum mole intra quinquennium hinc illinc haud sine judicio delibatarum exscripta. Maximum codicum Sanscritorum numerum in scriniis bibliothecae societatis negotiatorum Indiae Orientalis reposuit vir immortalis Colebrooke, cui postea codices Gaikawarenses, Tayloriani, Johnsoniani, Mackenzieanae collectionis aliquot, Leydeniani, alii, sunt additi. A docto quodam Pandita Colebrooke elenchum librorum manuscriptorum curavit concinnandum, in eadem cum codicibus ipsis charta Indica, flava, characteribus Sanscritis eademque forma transversa angustaque exaratum et secundum singulas disciplinas digestum, in quo codices nonnulli Colebrookeani desiderantur. Alter extat latine scriptus catalogus, a bibliothecae subpraefecto, optimo Mickelio, secundum locos dispositorum codicum confectus, vitiis innumerabilibus scripturae inquinatus, cujus sunt librorum numeri. Utrumque catalogum consului, qui nihil nisi operum titulos continent.

I. Codices Colebrookeani.

Codex I.

Cod. 61. Catal. major. Londin. Cod. 51. Catal. Colebr.
Charactere Dewanagari, foliis 154.

राजनिघंटु नरहरिकृत Râjanighanṭu Naraharikrita.

Lexicon eximium materiae medicae, a Narahari conditum. In ipso Codice auctor etiam Narahara et Nrihari nominatur, Cashmirensis. Opus in viginti tria capita divisum, quorum singulis medicamenta, de quibus est locuturus, ligata composita oratione leguntur praefixa. Omnes fere doctrinae,

uti mos est apud auctores Indos, summos versificatores, ne dicam poetas, versibus pertractantur, ut vix miremur, medicos quoque libros, paucis exceptis commentariis, numeris certis pedibusque deduci. Sermo est in hujus codicis initio de aquis locisque atque elementis; dein de plantis, de herbis scansilibus, de Gudûchi (Menispermo glabro), de fruticibus. Cap. VI. de parvis arbustis, de parpata (Gardenia latiflora). Cap. VII. de radicibus, foliis et fructibus esculentis De oleribus (Sâka). Cap. VIII. de Sâlmali, (silk-cottontree Wils. Lex.), Bombace heptaphyllo. Cap. XVI. de oryza. Cap. XIX. de leonibus, muribus, piscibus, anseribus. Cap. XX. de morborum nominibus.

Codex II.

Cod. 85. Cat. Lond. Cod. 2. Coleb.
Charac. Dewan. fol 231. Recentissimus, Colebrookei jussu transscriptus a Pandita.

Râjanighantu. Lexicon materiae medicae. Volumen primum, secundum literarum ordinem dispositum, literas A ad N usque amplectens. Vocabulum primum est Ankura, ramus. Arka, Asclepias gigantea. Et ipsa adjiciuntur synonyma, et animalia eorumque partes recensentur. Nâlikera, cocos sive nux Indica. Ultimum est Nepâlaninvas i. e. Ninvas Nepalicus, Melia Azedarach.

Codex III.

Cod. 113. Cat. Lond. Cod. 50. Cat. Coleb.
Charact. Dewanag. fol. 186.

चिकित्सस्थान चरक Chikitsasthâna Charaka.

Charakae liber de morbis curandis. fol. 10. de oleo Santalino aliisque oleis. De curanda bile flava

(raktapitta). De splenis induratione (gulma). de plethora sanguinis ejusque profluviis. De stranguria (prameha). De phthisi pulmonali (Rajayakshman). De vomitu (Chhardi). f. 179. de morbo pudendi muliebris (Yonivyâpad), ubi de corrupto semine fluxuque menstruo disserit. — Atrejas venerabilis (Bhagavân) passim laudatur in hac parte Charakae operum.

Codex IV.

Cod. 180. Cat. Lond. Cod 29. Cat. Col.

Char. Dewanag. fol. 218.

सिद्धियोग धन्वंतरी

Siddhiyoga, auctore Dhanvantarî.

Dhanvantari opus de morbis curandis. Praefatur de iis, quae medico bono sunt necessaria; amore, non lucri cupiditate medicinae studium esse amplectendum artemque medicam eadem ex causa exercendam. In capita opus est distinctum, quibus singulorum morborum signa, causae, curationes, remediorum compositiones absolvuntur, v. c. cap. I. de signis febrium (jvarânâm lakschanam); de febrium causis (jvaranidâna); de vâtapitta kaphakopalakshanam (de signis vata, arthritidis - pitta, bilis - kapha, pituitae - kopa, irae. Qualis demum hic est morbus?); de signis curaque febris arthriticae (vâtajvaranidânachikitsa); de cura febris biliosae (pittajvarachikitsa); de haemorrhoide, diabete, diarrhoea, stranguria; de morbis narium, faucium, aurium etc. fol. 218. de cura menstrui morbi mulierum (strînân somarogopakramas). Magna est inter composita remedia copia oleorum, unguentorum, butyrorum.

Codex V.

Cod. 193. Cat. Lond. Cod. 22. Cat. Col. Antiquus, optimae notae. Char. Devan. fol. 118.

माधवनिदानटीका आतंकदर्पण

Mâdhava Nidâna Tîkâ Atankadarpana.

Madhavae Commentarius in speculum morborum. Opus, in quod hic est commentarius, âtanka darpana etiamnunc extat. Charaka saepius citatur. f. 72. de ambustis; de hydrope. Ultimum de medulla (meda).

Codex VI.

Cod. 240. Cat. Lond. Recentissimus, a duabus manibus scriptus anno 1856 aerae Indicae[1]) (Saka).
Charact. Dewan.

1. Atanka darpana. Speculum morborum. fol. 133.

2. रुग्विनिश्चय Rugvinischaya; de morbis cognoscendis, auctore Madhava. fol. 52.

Eodem modo morbos disposuisse videntur medici Indici, quum ultima secundi operis capita de morbis tradant mulierum, id quod in Cod. IV. jam factum vidimus.

Codex VII.

Cod. 252. Cat. Lond. Cod. 7. Cat. Col. Optimae notae. Char. Dewan. fol. 480.

चरकसंहित Charakasanhitâ.

Opus Charakae integrum. Initio totius operis ad deos precatur Brahmam, Indram, Asvinas, Dhan-

---

1) Aera Indica Saka sive Salivahana incipit ab anno 78 post Chr. — Aera Indica Samvat sive Vicramadityae incipit ab anno 57 ante Chr.

vantarum, alios et de artis medicae difficultate et dignitate loquitur, quam operis partem Indriyasthânam appellatam invenies. Sequitur Sutrasthâna, quae de semiotice et therapia universe tractat. Ultima operis pars est Chikitsasthâna, de therapia speciali, (cf. Cod. III.) cujus ultima quattuor capita de generatione sunt. Atreyam saepius laudat auctorem.

Codex VIII.

Cod. 260. Cat. Lond. Cod. 54. Cat. Col.
Char. Devan. fol. 104.

निदानप्रदीप नागनाथ

Nidâna Pradîpa. Nâganâtha.

Fax diagnoseos, auctore Nâganâtha. Laudantur Charaka et Susruta. Opus est de morbis cognoscendis. — De febribus, febribus inaequalibus, de statu morboso trium humorum, de vermibus, de morbis mulierum, de veneno canis rabiosi.

Codex IX.

Cod. 298. Cat. Lond. Cod. 13. Cat. Col. male exaratus.
Char. Devan. fol. 171.

योगसंग्रह जगन्नाथ

Yoga Sangraha Jagannâtha.

De morbis curandis, auctore Jagannâtha. Exordium facit de virtutibus et facultatibus, quae medico sunt necessariae. De febribus; qui febricitant, sedentes cibum assumunto; urinae mittendae alvique excretioni diligenter studetor; ne balneis utantur. — De colica (sûla); de haemorrhoide etc. Curae uniuscujusque horum reliquorumque morborum plurimae medicamentorum additae leguntur compositiones.

Codex X.

Cod. 326. Cat. Lond. Cod. 57. Cat. Col. chartâ Anglicâ Colebrookei jussu exaratus, recentissimus.
Char. Bengalico, fol. 171.

सारकौमुदी Sârakaumudî.

Epitome de morbis curandis. — Sanitas omnium virtutum est mater, omnium vitiorum morbus. — De corporis fabrica. — De morborum signis colligendis et dignoscendis; de lingua nasoque explorandis; de uroscopia. — de praesagitione (pari bhâshâ). — De doloribus colicis (sûla). — de tussi (kâsa). — Versus finem de venenis eorumque antidotis loquitur v. c. de felle piscium sicco composito cum succo arboris nimbae (Mel. Azed.), optimo antidoto. Auctor ignotus.

Codex XI.

Cod. 341. Cat. Lond. Cod. 43. Cat. Col. script. anno 1838 Sak.
Char. Devan. fol. 53.

भावप्रकास हरीतक्यदि द्रव्यगुण
Bhâvaprakâsa Harîtakyadi Dravyaguṇa.

De nominibus et viribus myrobalanorum (harîtaki) aliorumque medicamentorum. Est pars operis Bhâvaprakâsae. — De myrobalanis — cannabi — floribus edulibus — oryza farinaque tostis — herbis inebriantibus (narcoticis) — decoctione succi arboris madukae (Bassiae latifoliae). —

Codex XII.

Cod. 382. L. Cod. 46. C.
Char. Devan. fol. 215.

B h â v a p r a k â s a. Purva kandâ (Volumen primum). De universa medicina hoc opus tractare videtur. Medicinae Indicae mythicam partem ini-

tio hujus operis delineatam ita fere legi: Ipse Brahmâ, mundi universi creator, primus canones medicinae consignavit literis — Brahmâsiddhântam, quod opus centum millia (laksha) versuum distichorum (Slokas) amplectebatur. Deinde erudivit in arte medica Prajâpatim Daksham (Bohl. Alt Ind. I. p. 260.), qui artem secum communicatam docuit Solis duos filios, Asvinau, (Bohl. I. p. 239.) a quibus liber (Sanhitâ) medicus est compositus. Horum autem fratrum, qui deorum Indiae Paeanes sive medici habentur, praeclara sunt multa facinora v. c. Svayambhuvae caput a Bhairava diffissum iterum compositum sanant itaque sacrificiorum participes sunt facti; — Indrae luxatum humerum reponunt; — in proeliis Devarum Asurarumque (Bohl. I. p. 261.) deos invulnerabiles faciunt; — Chandram, lunae deum, e lapsu ex luna (Soma) claudicantem sanant; — Solis dentem senio debilem ejusque filii, Bhagae, oculos coecos Lunaeque phthisin curant; — Bhârgavae, Veneris planetae dei, propter senectutem impotentis et libidinosi Venerem remediis stimulant eumque juvenili imbuunt libidine. — Propter tot tantaque facinora ab ipso Indra ceterisque diis summis gemini hi fratres dignantur honoribus atque Ayurvedam sive vitae scientiam Indrae tradunt, qui postea Ayurvedam docet Atreyam aliosque viros sanctos (Munis). Et ita quidem Atreyae magister Indras evasit. Terrarum orbem pestilentiali morbo vexatum oppressumque quum olim vidisset Atreyas, secum diu reputavit misericordia motus, quomodo tam saevo malo opem ferre posset et librum Ayurvedae posteaquam legit, Indralokam sive Indrae coelum petiit, quem concelebratum a Rishis iisque stipatum videbat. Accessit ad Indram instanterque est precatus,

ut pesti finem faceret ipsique Ayurvedam exponeret. Promissis Indras stetit et Atreyae Ayurvedam cum Angis (Bohl. II. p. 189.) praelegit et commentatus est. Quo facto Atreyas in terram rediit et ipse medicam concinnavit Sanhitâm, suo nomine insignitam. Scholas vero Atreyae medicas frequentarunt Agnivesa, Bheda (Bhela. Wils. et Cod. 782 Lond. Cat.), Jatukarna, Parasara, Kshîrapâni, Hârîta, qui ad unum omnes tantras (formulas, libros) componebant, eorumque tantris auditis laetus plaudebat Atreyas. Illorum etiam est Muni Bharadvâjâ. — Hos excipit Charaka, qui vivebat, quum Vishnus esset in Matsyâvatâra i. e piscis formam assumeret (Bohl. I. p. 240.). Sesha (Bohl. I. p. 204.) ipse, Muni cujusdam filius natus, in orbe terrarum Charakae nomen in se recepit. Qui ubi omnes multorum virorum sanctorum, qui ab Atreya fuerant instituti, Tantras collegit, opus suum inde condidit medicum. — Dhanvantari Sâkârâ i. e. adparitio. — Terram morbo fatigatam quum videret, Indras Dhanvantarium in eam descendere jussit: Esto tu rex et dominus urbis Kâsî (Benares). Vivebat vero Dhanvantari in hac urbe in domo Latobahuchae ejusque nomen in terra erat Divodâsa. Brahmae voluntate Kâsî imperium tenebat. Et Dhanvantari Sanhitâm scripsit medicam artisque addiscendae cupidos docuit. — Porro Susrutas, filius regis Visvamithrae, a patre cum centum filiis aliorum virorum sanctorum Kâsî ad Dhanvantarium est missus. Quem quum in silvarum solitudine invenissent, rogarunt, ut Ayurvedam ipsos doceret. Quibus precibus satisfecit. Hanc igitur scientiam edocti domum redierunt ac Susruta primus Tantram elaboravit, et ipsam Susrutam (i. e. bene auditam) appellatam, quia omnibus placebat. —

En historiam medicinae Indicae antiquissimae scriptorumque medicorum celebriorum breviter expositam eamque ex Indicis haustam fontibus. —

Ut ad ipsum codicem XII, ex quo haec delibavi, revertar, Dhanvantari Susrutam erudiens loquitur de discrimine trium Svaruparum i. e. formarum naturae, de rerum qualitatibus, de proprietatibus elementorum, creatione, generatione, graviditate ejusque signis (Cf. Raghuvans. III, 2. ubi e Vâgbhatta medico graviditatis signa enumerantur), de victus ratione secundum anni tempestates, carnibus, oleribus, etc.

Auctor Bhâvaprakâsae, uti assolet, in umbilico codicis nominatur Bhâvamisra.

Codex XIII.

Cod. 435. L. Cod. 15. C. sub finem mutilus.
Char. Devan. fol. 170.

चक्रदत्त Chakradatta.

Opus de morbis curandis, auctore Chakradatta. Initium sermonis facit de tribus qualitatibus (gunas); — dein capita sequuntur de febribus, verminibus, vomitu etc.

Codex XIV.

Cod. 525. L. Cod. 33. C. script. anno 1673 Samvat s. aerae Ind. Vikramadit.
Char. Devan. fol. 99.

माधवनिदानटीका मधुकोषे

Mâdhavanidâna Ṭîka Madhukoshe.

Mâdhavanidâna sive Vishanidâna, Commentarius in thesaurum dulcedinum. — Est commentarius Mâdhavae in librum therapeuticum. Citantur aliquoties Charaka et Susruta. Capita insunt de angina,

elephantiasi (Slipada), de inflammatione et tumore vulnerum, de vulneribus, de ossium fractorum conjunctione, in quo capite Bhâluki laudatur, de fistulis, de morbis oculorum, capitis, mulierum, infantim etc.

Codex XV.

Cod. 557. L. Cod. 53. C.
Char. Dev. fol. 148.

रसरत्न समुच्चय

Rasaratna Samuchchaya.

Opus de metallis et mineris, Collectio, viginti septem capitibus, in qno de Maharasis, Uparasis, Borace, gemmis et venenis traditur.

Codex XVI.

Cod. 579. L. Cod. 41. C.
Char. Dev. fol. 63.

वैद्यरत्न विद्यापतिभट

Vaidyaratna, Medicinae margarita, Vidyâpatibhatta auctore.

De morbis curandis v. c. de febre, de singultu ejusque cura, remediorum compositionibus additis, de morbis oculorum, aurium etc.

Codex XVII.

Cod. 605. L. Cod. 23. C. script. ann. 1777 Samv.
Char. Dev. fol. 107.

सूत्रस्थान सुश्रुत

Sûtrasthâna, Susruta auctore.

De rebus medicinalibus in universum. Sûtrasthâna est pars prima totius Susrutae operis. Nar-

ratur initio Ayurvedae origo Susrutaeque apud Dhanvantarium, Kâsî regem, institutio. Sequuntur capita de sanguine, pulsibus, hirudinibus etc.

Codex XVIII.

Cod. 609. L. Cod. 45. C. script. ann. 1850 Sak.
Char. Devan.

मज्ञनिदान अग्निवेश

1. Manjanidâna, auctore Agnivesa.

Aphorismi, triginta quatuor versibus comprehensi, de morbis nonnullis.

2. वैद्यजीवन लोलिम्मराज. scriptum est hoc opus ann. 1715 Sam.

Vaidyajîvana, Vita medici, auctore Lolimmarâja.

Aphorismi medici argumenti quinquaginta sex versus complectentes.

Colebrookeus verborum plurimorum interpretationes Anglicas superscripsit huic codici itaque in medicis Indorum libris legendis in hoc codice posuisse videtur vir immortalis tirocinia.

Codex XIX.

Cod. 619 L. Cod. 1. C. Recentissimus, chartâ Anglicâ script. ann. 1728 Sam.
Char. Bengal. fol. 259.

सुखबोध वैद्यराज

Sukhabodha, Sangraha, auctore Vaidyarâja.

Index (Sûchipatra), tredecim constans foliis, ad calcem est adjectus, unde patet de universa hoc opus esse medicina: v. c. de virtutibus medici, generatione, signis mortis et somni, de signis morborum, qui curari et qui curari non possunt; de erroribus medici, de venenis, antidotis, de vermibus multisque aliis morbis, additis remediorum formulis.

Codex XX.

Cod. 641. L. Cod. 11. C.
Char. Beng. fol. 241.

चक्रदत्तटीका शिवदाससेन

Commentarius in Sangraham Chakradattae, auctore Sivadasasena. Cf. Cod. XIII.

Codex XXI.

Cod. 647. L. Cod. 31. C.
Char. Dev. fol. 59.

रसेन्द्रचिंतामणि

Rasendra Chintamani.

Opus therapeuticum, in quo de morbis mulierum infantiumque inter alia argumenta traditur.

Codex XXII.

Cod. 678. L. Cod. 20. C.
Char. Dev. script. anno 1731 Sam.

1. रसमञ्जरी शालिनाथ

Rasamanjarî auctore Sâlinâtha.

Opusculum, quod septem foliis continetur, therapeuticum. Exordium fit a capillis tingendis.

2. गुणरत्नमालाकोष मिश्रभाव

Gunaratnamâlâkosha, auctore Misrabhâva.
fol. 130.

Lexicon materiae medicae. De oleis, unguentis, conservis, lacte, sero lactis etc. Cf. Cod. XII.

Codex XXIII.

Cod. 687. L. Cod. 39. C. bonae notae.
Char. Dev. fol. 59.

मगधपरिभाषा Magadhaparibhâshâ.

De morbis curandis.

Codex XXIV.

Cod. 727. L. Cod. 3. Col.
Char. Dev. a fol. 233 — 520.

Râjanighanta. Volumen secundum. Cf. Cod. II. Auctor est Narâyana Dâsa (नरायन दास).

Codex XXV.

Cod. 742. L. Cod. 16. C. script. anno 1655 Sam. fol. 60.

Charaka Sanhitâ. Postrema Charakae operis de medicina pars. Cf. Cod. VII.

Codex XXVI.

Cod. 782. L. Cod. 8. C.
Char. Bengal. fol. 297.

रत्नावली Ratnâvalî. Linea margaritarum. Vaidya Sastra (वैद्यशास्त्र). Liber medicus. De morbis cognoscendis et curandis. De origine Ayurvedae initio hujus codicis eadem fere narrantur, quae e codice XII delibavi. De sitis causis, de siti sedanda, de causis animi deliquiorum, de ebrietate, digestione etc. Index capitum codici est adjectus.

Codex XXVII.

Cod. 791. L. Cod. 6. C.
Char. Bengal. fol. 241.

मुग्धबोध माधव

Mugdhabodha, auctore Mâdhava.

Codici haec sunt subscripta: Ita in libro Mugdhabodha a Mâdhava, poetarum regi (kavirâja), cura febrium aliorumque morborum est absoluta. — Auctor ipse asserit, se Vagbhattae, Susrutae, aliorum libros medicos perlustrasse, optima quaeque sive medullam expressisse, omisisse, quae factu difficilia neque in aliis regionibus inveniantur.

Codex XXVIII.

Cod. 829. L. Cod. 32. C.
Char. Devan.

1. योगचंद्रिका लक्ष्मण

Yogachandrikâ, auctore Lakshmana.

Opus complectitur folia 67, exaratum anno 1733 Samv. Auctores allegantur Harîta et Parâsara. De morbis curandis, v. c. de tabe ejusque remediis, de pneumonia, de singultu, de vulneribus etc.

2. रसरत्न समुच्चय Rasaratna samuchchaya.

Collectio medicamentorum, viginti septem capitibus composita, fol. 112. exarat. anno 1756 Samv. Cf. Cod XV.

Codex XXIX.

Cod. 838. L. Cod. 45. C.
Char. Devan. fol. 77. script ann. 1854. Sak.

वैद्यविनोद् गोस्वामि शिवानन्द्भट

Vaidyavinoda. Delectatio medica.

De morbis cognoscendis et curandis. Incipit a pulsu (nâdi) explorando. Ad calcem primi et secundi capitis opus vocatur Vaidyaratna. Auctor est Gosvâmi Sivânandabhatta.

Codex XXX.

Cod. 885. L. Cod. 4. C.
Char. Bengal. fol. 231.

गूडबोधक हेरम्बसेन

Gûḍabodhaka Sangraha, auctore Herambasena.

Medicina initio codicis laudatur. Dein de morbis dignoscendis; de aquae, remedii nobilissimi, praestantia; de febribus quotidianis earumque remediis; de morbis infantium etc. Ultimo de Aphrodisiacis.

Codex XXXI.

Cod. 962. L. Cod. 30. C.

1. मदनविनोद Madanavinoda. Charac. Devanag. fol. 111.

Lexicon materiae medicae, auctore Madana. — A vocabulary of Materia medica.

2. पाकाध्याय पाकावली Pâkâdhyâya sive Pâkâvalî. Char. Dev. f. 30.

Series formularum medicarum cum versione in linguam Hindi. — A Receipt book with a translation into Hindi.

3. रामविनोद Râmavinoda.

Liber, sermone Hindi compositus, de medicina, exaratus anno 1720 Samvat char. Devan. fol. 179. Sunt formulae medicae versibus Sanscritis compositae cum Tika, commentario, lingua Hindi addito. — A medical treatise in Hindi. Tertii hujus operis, quod e lingua Maghada [1]) i. e Sanscrita in linguam Kalinga translatum esse dicitur, folio 178 index medicorum Indorum librorumque legitur medicinalium: Atreya, Charaka, Hârîta, Yogachintâmani, Vrinda, Vagbhatta, Susruta, Kshârapâni, Anandamâlâ, Sannipâta Kalikâ, Râja Mârtanda, Rasachintâmani, Yogasataka, Vindusara (guttarum medulla), Manorâma (recreatio cordis), Sarangadhara, Kalajnânam (cognitio temporis), Vaidyavinoda, Vaidyasarvasva (universum peculium medicinae), Vaidyavalabha (amicus medicinae), Vaidyamanotsava (gaudium cordis sive intimum medicinae), Vaidyasanjivana (vita medica), Vaidyakasârauddhâra (enucleatio medullae medicinae),

---

1) Maghada etiam Indiae septentrionalis pars aliqua vocatur, ubi Buddha natus est.

Sârasangraha (epitome medullae), Bhâvaprakâsa, Chikitsâmritasâgara (oceanus nectaris sanationis), Chikitsârnava (oceanus medendi), Kshemakarahala (aratrum medendi), Rasamanji (Rasarum caulis), Rasaratnâkara (fodina gemmarum), Todarânam, Madhavi, Damodara, Madhavanidana, Vangasena, Chikitsâratnabushana (mundus gemmarum medendi), Vasishta.

Codex XXXII.

Cod. 989. L. Cod. 56. C.
Char. Devan. fol. 48.

पाकविलास Pâkavilâsa.

Formulae culinariae. — A collection of receipts for cookery put into verse in various Indian dialects.

Codex XXXIII.

Cod. 1011. L. Cod. 25. C.
Char. Bengal. fol. 185.

Mâdhava Nidana Tika, Commentarius in Mâdhava Nidana sive Madhukosha (dulciolorum thesaurus) vyâkhyâ, auctore Vijayarakshita — विजयरक्षित. Trium foliorum index superadditus. Mâdhavae opus de morbis tractat curandis. Fol. 70. de lipothymia, somno, lassitudine etc. Cf. Cod. XIV.

Codex XXXIV.

Cod. 1041. L. Cod. 26. C. optimae notae, cum notis marginalibus.
Char. Devan.

1. Ashtângahridaya — अष्टाङ्गहृदय — Sanhitâ, Vâgbhatta वाग्भट — virachita sive krita i. e. auctore. Constat fol. 82. Uttarasthâna, pars ultima (or Vamana kalpa vyâkhyâ). Primum verba facit de vomitu laudatque Atreyam aliosque Rishis;

secundum de purgationibus alvi iisque rebus, quae in purgando accidere solent; etc. Caput ultimum est de elixire vitae.

2. उदरक्रिच्छ्रोपशांति Udarakrichchhropasânti, de cura ventris dolorum. Constat foliis 39, script. anno 1686 Samv. In hoc opusculo Susrutae Ayurveda citatur.

Codex XXXV.

Cod. 1049. L. Cod. 44. C. antiquus.
Char. Devan.

1. Chakradatta auctore रामचन्द्र — Râmachandra. De febre arthritica, biliosa etc. Ad calcem de oleis, quae adversus podagram adhibentur. Constat fol. 70.

2. षट्ऋतुचर्य्या Shat Ritucharyyâ, de observandis iis omnibus, quae sex anni tempestatibus — (unaquaeque enim anni tempestas duobus mensibus constituitur) — fieri debent, auctore सुन्दरदेव Sundaradeva. Liber diaeteticus, in quo etiam de odoramentis fit sermo. Constat fol. 50. Est pars alius operis भूपालवल्लभ — Bhûpâlavallabha (amici mundi regis).

Codex XXXVI.

Cod. 1103. L. Cod. 49. C.
Char. Devan.

1. Vaidyajivana, वैद्यजीवन vita medici, auctore Lolimbarâja — लोलिंबराज. Auctor Lolimba et Lolimma nominatur. Constat fol. 25. Sunt pancha vilâsas i. e. quinque disputationes. De febribus earumque cura, de morbis cordis, colli etc.

2. Vaidyaratna Tîkâ. Fol. 77. script. anno 1853 Sak. Commentarius in librum Vaidyaratna, in quo legitur inter alia de Sannipata i. e. statu morboso trium humorum, de febribus, de tumore testiculorum etc. Folio 75. Vaidyaratnae auctor appellatur Gosvâmi Sivânandabhatta. Cf. Cod. XXIX.

Codex XXXVII.

Cod. 1126. L. Cod. 28. C.
Char. Bengal. fol. 223.

श्रीचक्रपाणिदत्तकृता सुश्रुतग्रंथस्य
सौत्राध्यायटीका भानुमतीनाम्नी

Srîchakrapânidatta kritâ Susrutagranthasya Sautrâdhyâya Tîkâ Bhânumatî Nâmnî.

Commentarius splendidus in Susrutae operis partem, Sutrasthânam, auctore Chakrapânidatta.

Codex XXXVIII.

Cod. 1128. L. Cod. 12. C.
Char. Bengal. fol. 227.

सिद्धियोगार्णव Siddhiyogârnava.

Oceanus Yogae perfectae, auctore Rajîvalochana (oculis loto similibus) Dhanvantari. Opus Aesculapii Indorum, Dhanvantari. Primum Gurus invocat deos. Dein de sensibus eorumque hebetudine tradit; morborum naturam cognosci inspectando, tangendo et interrogando; inspici faciem, urinam, linguam; tangi pulsum, de quo explorando multas exponit regulas; postea de morbis loquitur eorumque remediis. Ultimo capite Rasas persequitur.

Codex XXXIX.

Cod. 1142. L. Cod. 19. C.
Char. Dev. fol. 156. script. ann. 1862. Sak.

Sanhitâ medica, auctore शार्ङ्गधर — Sârnga-

dhara. Opus duobus libris constat. De tempore adhibendis medicamentis opportuno; caput secundum est de pulsuum exploratione; de prognosi; de nominibus medicaminum; de victu ac potu; de superciliis cohole colorandis; de potulentis spirituosis v. c. âsava (Rum); de liquore uvarum; de pulte (vata) paranda; de pulveribus aromaticis; de numero morborum. Liber secundus de pilulis, radicibus, oleis, medicamentis sudatoriis, emeticis, purgantibus etc.

Codex XL.

Cod. 1156. L. Cod. 52. C.
Char. Dev. fol. 81.

मदनपालनिघंट Madanapâla Nighanta.

On drugs. A vocabulary of Materia medica etc. by Madanapâla or rather by Gunakara. — Lexicon materiae medicae e tribus naturae regnis constructum, in quo de elephante, equo, camelo, urso, rhinocerote, tigre, leopardo, lupo, cane, sue, ove, caprea, antilope versicolore, avibus etc. Colebrookei manus passim in ora codicis deprehenditur.

Codex XLI.

Cod. 1195. L. Cod. 40. C.
Char. Dev. fol. 61.

पथ्यापथ्यविबोधक Pathyâpathyavibodhaka.

Rerum salubrium atque insalubrium expositio. Liber diaeteticus. De herbis, frumento, radicibus, cibis coctis, metallis, carnibus. Auctor कैयदेव — Kaiyadeva.

Codex XLII.

Cod. 1202. L. Cod. 24. C. non per transversum scriptus.
Char. Dev. fol. 106.

अग्निवेशतंत्र Agnivesa Tantra.

Agnivesae liber de medicina. Primo loco dis-

serit de causis morborum verbaque Atreyae ineunte quoque capite plerumque affert; — de causis morborum splenis; de signis morborum vesicae; de lepra; de gravidarum mulierum morbis; de urinae animalium virtute medicinali. Index capitum codici adjunctus est: 1) svaranidana — de causis febrium 2) raktapittanidana — de causis bilis flavae. 3) gulmanidana — de causis splenis. 4) pramehanidana — de causis difficultatis urinae. 5) kushtanidana — de causis leprae. 6) soshanidana — de causis phthiseos pulmonalis. 7) unmâdanid. — de caus. maniae. 8) apasmaranid. — de caus. epilepsiae etc. De morte repentina. Caput ultimum est de longaevitate (dirgha jivitiya adhyâya).

Codex XLIII.

Cod. 1214. L. Cod. 42. C.
Char. Devan. fol. 89.

संग्रहतरंगिणी Sangrahataranginî.

Sara Sangraha Tarangini, Epitome medullosa undarum, hoc opus quoque vocatur isagogicum in medicinam, viginti tribus capitibus comprehensum. De qualitatibus pravi medici; de aetatibus; de locis; de virtutibus metallorum, frumenti, uvarum etc; de morbis foetus etc. Auctor est शामपंतविद्वांस Ṣâmapanta Vidvânsa.

Codex XLIV.

Cod. 1240. L. Cod. 9. C.
Char. Bengal. fol. 232.

चिकित्सादर्पण Chikitsâdarpana.

Speculum medendi. Ex Suchipatra sive Indice adjecto haec excerpsi: 1) jihvâpariksha — de lingua exploranda 2) mûtrapar. de urina inspectanda. 3) ne-

trapar. de oculis observandis; — de purgandis humoribus, de lipothymia eaque curanda. Versus finem de metallis, mineris v. c. talaka i. e. auripigmento, oleis, unguentis etc. tractatur.

Codex XLV.

Cod. 1271. L. Cod. 38. C. Char. Devan. fol. 55. script. ann. 1861 Sak.

धन्वन्तरीनिघंटु Dhanvantarinighantu.

Lexicon medicamentorum eorumque virtutum (gunas), auctore Dhanvantari; de lacerta (musali); folio 26. de saccharo (ikshu): est dulce, grave, frigidum, sternutamentum, lene, roborans; rheumatismum abigit; sed vermes gignit.

Codex XLVI.

Cod. 1302. L. Cod. 55. C. Char. Dev. fol. 254.

Chikitsa Sâra Sangraha. Prathamajilda (Volumen primum). Epitome medullae medendi. — De significatu vocabuli nidana (causa); De morbis cognoscendis et curandis, additis formulis unguentorum, oleorum, aliarum compositionum. Auctor वगसेन — Vangasena.

Codex XLVII.

Cod. 1315. L. Cod. 18. C. Char. Dev. fol. 187.

वृहद्योगतरंगिणी Vrihadyogataranginî. Volumen primum.

Tarangini, undae, sunt capitum loco, unde operi nomen fluxit. — Qui hominem ex oceano limoso morbi traxit, quam honesto officio is satisfecit et quanto dignus est honore! Peccata, quae in anterioribus vitae formis commissa sunt, morbis abluuntur. Laudantur Harita et Vagbhatta. Unda prima: de corporis fabrica ejusque cognitione. Unda se-

cunda: de conceptione et menstruis; quibus ex causis foetus crescat; quibus ex causis gemini procreentur; de causis abortus. — Deinde de alimentis et materia medica tradit. — De lacte, sero lactis, oleo, butyro, butyro liquato, de oleo sesamino, lineo, sinapeos, castorino, ricini, carthami, de oleo Mango; de sacchari generibus; de fructibus, uvis, Mango; de camphora, moscho, ligno santalino (raktachandana, santalo rubro — svetachandana, santalo albo), agallocho, croco; de octo metallis, auro (svarna), de auro purgando, argento (tara), cupro (tamra), aere (ritica), ferro (loha), stanno (naga), plumbo (vanga), aere campanario (ghosha) etc. — Tum de febribus aliisque morbis. Colebrooke orae codicis medicamentorum plurimorum nomina Anglica adscripsit.

Codex XLVIII.

Cod. 1304. L. Cod. 35. C. Char. Dev. a fol. 188. usque ad fol. 374.

Yogatarangini. Dvitiyajilda, Volumen secundum.

De siti ejusque causis et cura secundum diversos humores; de animi deliquio eoque sanando; de venenis et carminibus (mantras) iis adversantibus, de veneno anguium, canis rabidi etc. Ultimo loco de morbis mulierum. Index morborum, de quibus tractavit, codici finem facit, quem integrum hic transcribam:

1) ज्वर. 2) अतिसार. 3) ग्रहणि. 4) अजीर्ण. 5) कृमि. 6) पाण्डु. 7) कामला. 8) रक्तपित्त. 9) राजयक्ष्मा. 10) कास. 11) हिक्का. 12) श्वास. 13) स्वरभेद. 14) अरोचक. 15) छर्दि. 16) तृष्णा. 17) मूर्छा. 18) पानात्यय. 19) दाह. 20) उन्माद. 21) अपस्मार. 22) वातव्याधि. 23) वातरक्त.

